81

From the Library
of the
Earl of Ashburnham
Appendix No. CCXVIII
May 1897.

spsjad

1872
C. A. A
20. Preſs.

Date on fol: 157 Verſo

Theobaldus Agenrius

Ce Manuscrit renferme en trois parties les vies des Saints hermites. il est écrit en 1420 est très précieux par son exécution

-VdW-

May. 1899

Heimgäut

Incipit prologus beati Jheronimi presbiteri super vitam beati Hylarionis

SCRIPTURUS uitam beati Hylarionis habitatorem eius inuoco spiritum sanctum ut qui illi uirtutes largitus est michi ad narrandas eas sermonem tribuat et ut facta dictis exequantur. Eorum enim qui fecere virtutes ut ait Crispus tanta habetur laus quantum eas uerbis potuere extollere preclara ingenia. Alexander magnus macedo quem uel aes uel pardum uel hircum caprarum Daniel uocat cum ad Achillis tumulum peruenisset felicem te ait o iuuenis qui magno frueris precone meritorum Homerum uidelicet significans. Porro michi tanti ac talis viri conuersatio uitaque dicenda est ut Homerus quoque si adesset uel inuideret materie uel succumberet. Quamquam enim sanctus Epyphanius Salamine Cipri Episcopus qui cum Hylarione plurimum conuersatus est laudem eius breui epistola scripserit que vulgo legitur tamen aliud est locis communibus laudare defunctum aliud defuncti narrare proprias uirtutes. Unde et nos fauore illius magis quam iniuria ceptum ab eo opus aggredientes maledicorum uoces contempnimus qui olim detrahentes Paulo meo nunc forsitan detrahent et Hylarioni. Illum solitudinis calumpniati huic obicientes frequenciam ut qui semper latuit non fuisse qui autem a multis uisus est uilis existimetur. Fecerunt enim hoc et maiores eorum quondam pharisei quibus nec Johannis heremus et ieiunium nec domini Saluatoris turbe cibi potusque placuerunt. Verum destinato operi imponam manum et Sylleos canes obturata aure transibo.

Incipit uita sancti Hylarionis

Hylarion est ortus in Cotabatham uico qui circiter quinque miliaria a Gaza urbe palestine ad austrum situs est. Cum parentes haberet ydolis deditos rosa ut dicitur de spinis floruit a quibus missus Alexandriam Grammatico traditus est ibique quantum illa patiebatur etas magna ingenii et morum documenta prebuit in breui. Carus omnibus et loquendi arte gnarus. quodque his maius



est omnibus credens in dn̄m IHM xpm· non circi furoribus non hare
ne sanguine non theatri luxuria delectabatur. sed tota illi uolūtas
in ecclie congregatione erat. Audiens autē tunc nomen celebre Anto
nij quod per omnes Egipti pplos ferebatur· incensus uisendi eū stu
dio perrexit in heremū· et statim ut eum uidit mutato habitu duobus
fere mensibus iuxta eū mansit contemplans ordinē uite eius mo
rumque grauitatem quam creber in orōibus quam humilis in suscipiendis fra
tribus. seuerus in corripiendis alacer in exhortandis esset· et ut con
tinentiā cibique eius asperitatem nulla unque infirmitas frangeret·
Porro frequētiam eorū qui ad eum ob uarias passiones et impetus
demonū concurrebant ultra non ferens nec congruū esse dicens pa
ti in heremo populos ciuitatū· sicque sibi magis incipiendū esse ut
cepisset Anthonius illum quasi uirū fortem uictorie premia accipe
se autem necdū militare cepisse. Reuersus ergo est cum quibusdam
monachis ad patriam et parentibus iam defunctis. partē substancie
fratribus· partem pauperibus erogauit nichil sibi ōino reseruans· et ti
mens illud de actibus Aplōrum Ananie et Saphire vel exemplū vel
suppliciū· maximeque dominice sententie memor dicentis Qui non
renūciauerit omnibus que habet non potest meus esse discipulus·
Erat autem tunc annorum quindecim· Sic ergo nudus et armatus
in xpo· solitudinē que in septimo miliario a maiuma gaze emporio
per litus euntibus Egiptum ad leuam flectitur ingressus est· Cumque
essent nimis cruenta latrociniis loca et propinqui amicique eius imi
nens periculum denūciarent contempsit mortem ut mortem euade
ret. Mirabantur omnes animū mirabantur etatem. nisi quod flamma
quedam pectoris et scintille fidei in oculis eius relucebant· Leues e
rant gene delicatū corpus et tenue et ad omnem iniuriā impaciens
quod leui uel frigore uel estu posset affligi· Igitur sacco tantū mē
bra cooptus et pelliciū epunditen quem illi beatus Anthonius
proficiscenti dederat· sagūque rusticum· inter mare et paludē uasta
et terribili solitudine fruebatur· quindecim tantum caricas post
solis occasum comedens· Et quia regio latrociniis ut supra dictū est

infantulus erat et nūq̄ in eodem loco homo cōmanserat. uidens hoc dia
bolus quid faceret quo se uerteret torquebatur. Et qui ante glori
abatur dicens. In celum ascendam super sydera celi ponā thronum
meum et ero similis altissimo. cernebat se uinci a puero et prius
ab eo fuisse calcatū q̄ per etatē peccare potuisset. Titillabat itaq;
sensus eius et pubescenti corpi insolita uoluptatū incendia suggē
bat. Cogebatur enim tyrunculus xp̄i cogitare quod nesciebat. et
eius rei animo pompam uoluē cuius expimenta non nouerat.
Iratus itaq; sibi et pectus pugnis uerberans quasi cogitationes ce
de manus posset excludere. ego inquit te aselle faciam ut non calci
tres nec te ordeo alam sed paleis. et fame conficiam et sitis graui o
nerabo pondere. Per estus indicabo et frigora ut cibum potius q̄ i
lasciuiā cogites. Herbarū ergo succo et paucis caricis post triduum
vel quatriduū deficientē animā sustentabat orans frequenter et
psallens et rastro humū fodiens ut ieiuniorū laborem labor opis
duplicaret. Simulq; fiscellas iunco texens emulabatur monachorū
egiptiorū disciplinā et Apl̄i sententiam dicentis. Qui autē non opa
tur non manducet. Sic attenuatus ieiuniis et in tantū exeso cor
pore ut ossibus uix herreret. Quadam nocte infantū cepit audire va
gitus balatus pecorum. mugitus boum. planctum quasi mulierculaꝝ.
leonū rugitus. murmur exercitus et prorsus uariarū portenta uocū
ut ante sonitu q̄ aspectu territus cederet. Intellexit hec demonū esse
ludibria. et prostratus genib; crucem xp̄i signauit in fronte. Taliq; ar
matus casside et lorica fidei circūdatus iacens fortius preliabat' quodā
modo uidere desiderans quos horrebat. et sollicitis oculis huc illucq;
circūspiciens cum interim ex īprouiso splendente luna cernit redam
feruentibus equis super se uenire. Cumq; inclamasset IHM. ante
oculos eius repentino terre hiatu pompa omīs absorbta est. Tunc
ille ait Equū et ascensorem proiecit in mare. et hij in curribꝫ et hij
in equis nos autem in nomine dei nr̄i magnificabimur. Multe sūt
temptationes eius et die noctuq; uarie demonū insidie. quas si oēs
narrare uelim. modum excedam uoluminis. Quociens illi nude mu

lieres cubanti. quociens esurienti largissime apparuere dapes. Interdum orantem lupus ululans et uulpecula ganniens transiluit. psallentique gladiatorum pugna spectaculum prebuit et unus quasi interfectus et ante pedes illius corruens sepulturam rogauit. Orabat semel fixo in terram capite et ut natura fert hominum abducta ab oratione mens nescio quid aliud cogitabat. cum statim insiluit dorso eius festinus agitator et latera calcibus. ceruicem uero flagello uberans Eia inquit eia. curre cur dormitas. cachinnans que desuper si defecisset an ordeum uellet accipere sciscitabatur. Igitur a sextodecimo usque ad uigesimum etatis sue annum estus et pluuias breui tuguriunculo declinauit quod iunco et carice texerat. exstructa deinceps breui cellula que usque hodie permanet latitudine pedum quatuor. altitudine autem pedum quinque. hoc est statura sua humiliore porro longitudine paulo ampliore quam eius corpusculum patiebatur ut sepulchrum potius quam domum crederes. Capillum sane semel in anno pasche die totondit. Supra nudam humum stratumque iunceum usque ad mortem cubitauit. saccum quo semel fuerat indutus numquam lauans et superfluum esse dicens mundicias in cilicio querere. Nec mutauit alteram tunicam nisi cum prior penitus scissa esset. Scripturas quoque sanctas memoriter retinens quas post orationem et psalmos deo presente recitabat. Et quia longum est per diuersa tempora carptim ascensus eius edicere. uirtutes tamen breuiter comprehendam et ante lectoris oculos uitam eius pariter exponam et deinceps ad narrandi ordinem regrediar

A Vigesimo primo itaque anno usque ad uigesimum sextum. tribus annis dimidium lentis sextarium madefactum aqua frigida comedit. et aliis tribus panem aridum cum sale et aqua. Porro a uigesimo et septimo usque ad trigesimum annum herbis agrestibus et uirgultorum quorundam radicibus crudis sustentatus est. A trigesimo uero primo usque ad trigesimum quintum annum sex uncias ordeacei panis. et coctum modice olus absque oleo in cibo habuit. Sentiens autem caligare oculos suos et totum corpus impetigine et punica quadam scabredine contrahi ad superiorem uictum adiecit oleum et usque ad sexagesimum tertium uite sue annum

hoc continentie cucurrit gradu. nichil omnino extrinsecus consecutus
aut pomorũ aut leguminis aut cuiuslibet rei gustans. Deinde cũ
uideret se corpore defatigatũ et ꝓpinquam putaret imminere mortem.
a Sexagesimo quarto rursus anno usq; ad octogesimũ pane abstinu
it incredibili feruore mentis accensus. ita ut eo tempore quasi nouus
accederet ad seruitutem dñi. quo ceteri solent remissius uiuere. Fiebat
ei de farina et comminuto olere sorbiciũcula cibi et potu uix quinq;
uncias appendens. sicq; complens ordinem uite nũquam ante solis oc
casum nec in diebus festis nec in grauissima ualitudine soluit ieiu
niũ. Sed iam tempus est ut ad ordinem reuertamur. ¶ Cum habita
ret adhuc in tuguriũculo annis natus decem et octo. latrones ad
eum nocte uenerunt. uel estimantes aliquid habere quod tollerent
uel in contemptu sui reputantes fieri si puer solitarius eorum impetus
non ꝑtimesceret. Itaq; inter mare et paludem a uespere usq; ad solis
ortum discurrentes nũquam locũ cubilis eius inuenire potuerũt. Porro cla
ra luce reperto puero quasi per iocũ. quid inquiũt faceres si ad te latro
nes uenirent? Quibus ille respondit. Nudus latrones non timet. Et
illi aiunt. Certe occidi posses. Possum inquit possum. et ideo latrones
non timeo quia mori paratus sum. Tunc admirati constanciã eius
ac fidem confessi sunt noctis errorẽ cecatosq; oculos. correctiorem de
inceps uitam pollicentes. ¶ Viginti et duos iam in solitudine habe
bat annos. fama tantũ notus omibꝫ et per totas palestine urbes
uulgatus. Cum interim mulier quedam eleutheropolitana cer
nens despectui se haberi a uiro suo ob sterilitatem. iam enĩ per ãnos
quindecim nullos cõiugii fructus dederat. prima irrumpere ausa est
ad beatum Hylarionem. Illo autem nichil tale suspicanti repente
genibus eius aduoluta. ignosce inquit audacie ignosce necessitati mee.
Quid auertis oculos? quid rogantem fugis? noli me mulierẽ aspicere
sed miseram. hic sexus genuit Saluatorem. non habent sani opus
medico sed qui male habent. Tandem substitit et post tantũ temporis
uisa muliere interrogauit causam aduentus eius et fletuũ. Et postquam
didicit. leuatis in celum oculis fidere eam iussit. euntemq; lacrimis pse

cutus est. Exacto autem anno uenit cum filio. Hoc signorum eius prin
cipium aliud maius signum nobilitauit. Aristene rehelpidi qui postea
prefectus pretorii fuit uxor valde nobilis inter suos et inter xpianos
nobilior reuertens cum marito et tribus liberis a beato Anthonio.
Gaze propter eorum infirmitatem remorata est. Ibi enim siue ob corruptum
aerem siue ut postea claruit propter gloriam beati Hylarionis serui dei
emitriteo pariter arrepti omnes a medicis desperati sunt. Iacebat ulu
lans mater et quasi inter tria filiorum discurrens cadauera quem primum
plangeret nesciebat. Agnito autem quod esset quidam monachus in uici
na solitudine oblita matronalis pompe tantum se matrem nouerat. Ua
dit comitata ancillis et eunuchis. uixque ei a uiro suo suasum est ut
asello sedens pergeret. Ad quem cum peruenisset ait. Ego te per IHESUM
clementissimum dominum nostrum obtestor per crucem eius et sanguinem ut
reddas michi tres filios et glorificetur in urbe gentilium nomen domini
Saluatoris et ingrediatur seruus eius Gazam et marnas corruat. Ren
nuente illo et dicente numquam se egressurum de cellula nec habere consuetu
dinem ut non tantummodo ciuitatem sed ne uillam quidem ingrederetur.
Prostrauit se humo crebro clamitans. Hylarion serue dei redde michi
liberos meos quos Anthonius tenuit in Egypto. a te seruentur in Syria.
flebant cuncti qui aderant sed et ipse negans flebat. Quid multa. non
prius mulier recessit quam ille pollicitus est se post solis occasum Gazam
introiturum. Quo postquam uenit singulorum lectulos et ardentia membra
considerans inuocauit IHESUM. Et o mira uirtus quasi de tribus fontibus
sudor pariter erupit eademque hora cibos acceperunt lugentemque matrem
cognoscentes et benedicentes sancti deosculati sunt manus. Quod
postquam auditum est et longe lateque percrebuit certatim ad eum de Syria
et Egipto plurimi confluebant ita ut multi ex ipsis xpiani fierent et se
monachos profiterentur. Necdum enim monasteria erant in Palestina
nec quisquam monachos ante sanctum Hylarionem in Syria nouerat.
Ille fundator et eruditor huius conuersationis et studii in hac pro
uincia primum fuit. Habebat dominus IHESUS in Egipto senem Anthonium.
in Palestina uero Hylarionem iuniorem

Facida uiculus est in rinoco rure urbis Egipti. De hoc ergo uico
decem iam annis ceca mulier adducta est ad beatū hylarionē oblata
q̄ ei a frībus. Iam enim multi cum eo monachi erant. omnē substan
ciam expendisse se ait in medicos. Cui sanctus respondit. Si que in
medicos dedisses paupibus. curasset te uerus medicus IHS. Clamāte
illa et misericordiam deprecante. expuit in oculos eius. statimq; Sal
uatoris exemplum uirtus eadem secuta est.

Auriga quoq; Gazensis in curru pcussus a demone. totus obriguit
ita ut nec manū agitare nec ceruicem posset flectere. Delatus ergo in
lectulo cum solam linguam moueret ad preces. audiuit non prius
se posse sanari q̄ crederet in IHM et sponderet se arti pristine renun
ciaturū. Credidit. spopondit. et sanatus est. magis q̄ de anime q̄
de corporis salute exultauit.

Preterea fortissimus iuuenis nomine Mesitas de territorio ihero
solimitano. tantū sibi applaudebat in uirib; ut quindecim frumenti
modios diu longeq; portaret. et hanc haberet palmam fortitudinis
sue si asinos uinceret. Hic afflatus pessimo demone. non cathenas
non compedes non claustra hostiorū integra paciebatur. Multorū
eciam nasus et aures morsibus mordicitus amputabat. Horū pedes
illorū gulam fregerat. tantiq; sui terrorē omībus incusserat. ut one
ratus cathenis et funibus in diuersa nitentiū quasi ferocissimus thau
rus ad monasteriū ptraheret. Quē postq̄ fratres uidere perterriti.
erat enī mire magnitudinis. nūciauerūt patri. Ille uero ut sedebat
iussit eum ad se pertrahi et dimitti. soluto q̄ ait. Inclina capud tuū
et ueni. Tremere ille miser cepit et ceruicem flectere nec aspicē con
tra ausus. Omniq; ferocitate deposita pedes sedentis lambere cepit.
Adiuratus itaq; et extortus demon qui iuuenē possederat. septima
die egressus est.

Sed nec illud tacendum est q̄ Orion uir primarius et di
tissimus urbis hayle que mari rubro iminet a legione possessus de
monū ad eum adductus est. Manus pedes ceruix latera ferro one
rata erant. furoris q̄ seuiciam toruī oculi minabant. Cumq; deam

bularet ſanctus cum fratribus · et de ſcripturis neſcio quid interpretaretur
erupit ille de manib; ſe tenentiū et amplexans eum poſt tergum in
ſublime eleuauit · Clamor ingens ortus eſt ab omnibus · timebant
enim ne confecta ieiunijs membra allideret · Et ſanctus arridens · ſi
nite inquit · et michi meum paleſtriten dimittite · At ſic reflexa ſu
per humeros manu caput eius tetigit · apprehenſoq; crine ante pe
des ſuos adduxit · ſtringens e regione ambas manus eius · et plantas
utroq; calcans pede · ſimulq; ingeminans · ait · Torquere demonum
turba · torquere · Cumq; ille eiularet · et reflexa ceruice terre uerticem
tangeret · Dn̄e inquit IHV ſolue miſerum · ſolue captiuū · et vnū et plu
res uincere tuū eſt · Rem loquor īauditam · ex uno hominis ore diūſe
uoces et quaſi confuſus populi clamor audiebatur · Curatus itaq; et
hic · poſt non multū temporis cum uxore et liberis uenit ad monaſte
rium · plurima quaſi gratiam redditurus dona afferens · Cui ſanctus
ait · Non legiſti quid Giezi · quid Symon paſſi ſunt · quorū alter acce
pit precium · alter obtulit · Ille ut uenderet gratiam ſpūs ſci · hic ut
mercaretur · Cumq; Orion flens diceret · accipe et da pauperib; · reſ
pondit · Tu melius potes tua diſtribuere qui per urbes ambulas et noſ
ti pauperes · ego qui mea reliqui · cur appetam aliena · multis nomen
pauperū occaſio auaricie eſt · miſericordiā autem non habet · Nemo me
lius erogat q̄ qui ſibi nichil reſeruat · Triſti autem illi et in harenis
iacenti · noli inquit contriſtari fili · quod facio pro te et pro me facio
Si enī hec accepero · et ego offendam dn̄m · et ad te legio reuertetur ·
Quis uero poſſet ſilencio preterire · q̄ Zananus maiumites haud
longe a monaſterio eius · lapides ad edificandum de ora maris cedēs
totus paraliſi diſſolutus eſt · et ab operum ſocijs delatus ad ſanctū
ſtatī ſanatus ad opus reuerſus eſt · Etenim litus quod Paleſtine Egip
toq; ꝑtendit per naturam molle · harenis in ſaxa dureſcētib; aſpatur
paulatimq; cohereſcens ſibi · glaree ꝑdit tactū · cum non perdat aſpectum ·
SEd et Italicus euiſdem oppidi municeps xp̄ianus · aduerſus
Gazenſem duūvirū Marne ydolo deditum · circenſes equos
nutriebat · Hoc ſiquidem in romanis urbibus iam exinde ſeruatur

a Romulo. ut propter felicem sabinarum raptum conso quasi consiliorum
deo quadrige septeno currant circuitu et equos partis aduerse fregisse
uictoria sit. Hic itaque emulo suo habente maleficum qui demoniacis
quibusdam imprecationibus et huius impediret equos et illius concitaret
ad cursum. uenit ad beatum Hylarionem. et non tam aduersarium
ledi quam se defendi obsecrauit. Ineptum est uisum uenerando seni in huius
cemodi nugis orationem perdere. Cumque subrideret et diceret. cur
enim non magis equorum pretium pro salute anime tue pauperibus erogas.
Ille respondit functionem esse publicam. et hoc se non tam uelle quam cogi
nec posse hominem xpianum uti magicis artibus. sed a seruo potius
xpi auxilium petere. maxime contra Gazenses aduersarios dei. et non
tam sibi quam ecclesie xpi insultantes. Rogatus ergo a fratribus qui ade
rant. cyphum fictilem quo bibere consueuerat aqua iussit impleri
eique tradi. Quem cum accepisset Italicus et stabulum et equos et auri
gas suos curruumque repagula aspersit. Mira uulgi expectatio. nam
et aduersarius hoc ipsum irridens diffamauerat. et fautores Italici si
bi certam uictoriam pollicentes exultant. Igitur dato signo hi aduo
lant. illi impediuntur. sub horum curru rote feruent. illi preteruolantium
terga uix cernunt. Clamor uulgi nimius attollitur. ita ut et ethni
ci quoque ipsi concreparent. Marnas uictus a xpo est. Porro furen
tes aduersarii Hylarionem maleficum xpianorum ad supplicium pos
cunt. Indubitata ergo uictoria et illis et multis retro de circensi
bus plurimis fidei occasio fuit

Item de eodem Gazensi emporii oppido uirginis dei uicinus iuue
nis amore deperibat. Qui cum frequenter tactu iocis nutibus
sibilis et ceteris huiuscemodi que solent morituro uirginitatis
esse principia nichil profecisset. perrexit memphim ut confesso uul
nere suo magicis artibus rediret ad uirginem armatus. Igitur
post annum doctus ab esculapii uate non remediante animas sed per
dente uenit presumpto animo stuprum gestiens et subter limen do
mus puelle quedam portenta uerborum et portentosas figuras
sculptas in eris cypri lamina diffudit. Illico insanire uirgo. et a

nutu capitis abiecto · rotare crinem · stridere dentibus · inclamare no
men adolescentis cepit · Magnitudo quippe amoris se in furorem uer
terat · Perducta ergo a parentibus ad monasterium seni traditur · Ululan
te statim demone et confitente · Vim sustinui inuitus adductus sum
Quam bene in memphis somniis homines deludebam · O cruces o tor
menta que patior · Exire me cogis et ligatus subter limen teneor ·
non exeo nisi me adolescens qui tenet dimiserit · Tunc senex · Gran
dis ait fortitudo tua qui licio et lamina strictus teneris · Dic quare
ausus es ingredi puellam dei · Ait ut seruarem eam uirginem · Tu in
quit seruares proditor castitatis? cur non potius in eum qui te mit
tebat ingressus es? Respondit · Ut quid intrarem in eum qui habebat
collegam meum amoris demonem? Noluit autem sanctus antequam
purgaret uirginem uel adolescentem uel signa iubere perquiri · ne aut
solutus incantationibus recessisse demon crederetur · aut ipse sermoni eius
accomodasse fidem · asserens semper fallaces esse demones et ad emulan
dum callidos · sed magis reddita sanitate increpauit uirginem · cur fe
cisset talia per que in eam demon intrare potuisset · Non solum autem
in palestina et in uicinis Egipti uel Syrie urbibus · sed etiam in lon
ginquis prouinciis fama eius percrebuerat ·

Namque Candidatus Constancii Imperatoris rutulus coma et
candore corporis indicans prouinciam · inter Saxones quippe et
Alemannos gens est non tam lata quam ualida apud historicos Germa
nia nunc Francia dicitur · antiquo ab infancia possessus demone · qui
noctibus eum ululare ingemiscere fremere dentibus compellebat · secre
to ab Imperatore euectionem petit causam ei simpliciter indicans · Et ac
ceptis ad Consularem quoque Palestine litteris cum ingenti honore et
comitatu Gazam deductus est · Cumque a Decurionibus loci illius que
sisset ubi habitaret Hylarion monachus · Territi Gazenses uehemen
ter et putantes eum ad Imperatorem mittendum · ad monasterium con
citi perrexerunt · ut et honorem commendato exhiberent · et si quid ex pre
teritis iniuriis in hylarionem esset offense nouo deleret officio · Deam
bulabat autem tunc senex in harenis mollibus et secum de psalmis ne

ſcio quid murmurabat. Videnſq; tantam turbam uenientē ſubſtitit
et reſalutatis omībus manuq; eis benedicens. poſt horam ceteros ab
ire precepit. illum uero cum ſeruis et apparitorib; ſuis remanere. Ex
oculis enim eius et uultu cur ueniſſet agnouerat. Statim ergo ad in
terrogationem ſancti ſuſpenſus homo. uix terram pedib; tangere cepit.
Et ĩmane rugiens. ſyro quo interrogatus fuerat ſimone reſpondit. Vide
res enī de ore barbaro et qui franciam tantū et latinā linguam noue
rat. ſyra ad purū uerba reſonare ut non ſtridor nec aſpiracio nō idio
ma aliquid paleſtini deeſſet eloquii. Confeſſus itaq; ĩmundus ſpiritus
quo in eum intraſſet ordine et ut int̃p̃retes eius intelligerent qui gre
cam tantū et latinā linguā nouerant. grece quoq; eum interrogauit.
Quo ſimilit̃ et in ũba eadem reſpondente multaſq; occaſiones et neceſ
ſitatem magicarū artiū oſtendente. Non curo ait quomodo intraueris
ſed ut exeas in nomine dñi nr̃i IHV xp̃i impero. Cumq; curatus eēt
homo ſimplicitate ruſtica decem auri libras offerens/ ordeaceū ab eo ac
cepit panē. audiens q; qui tali cibo alerent̃ aurū pro luto ducerent.
Parum eſt enim de hominib; loqui. Bruta quoq; animalia coti
die ad eum furentia ptrahebantur. in quibus bactriacū came
lum enormis magnitudinis qui multos iam obtriuerat. triginta et
eo amplius uiri diſtentū ſolidiſſimis funibus cum clamore adduxerunt
lingua urgebat et ſuper omnē terrorē rugitus pſonabat ĩmanis. Iuſ
ſit igitur eum dimitti ſenex. Statimq; et qui eum adduxerant et qui
cum ſene erant uſq; ad unū omnes fugere. Porro ille ſolus perrexit obui
am et ſermone ſyro. non me inquit terrebis diabole tanta mole cor
pis circūdatus. nam et in uulpecula et in camelo unus atq; idem es.
et interim porrecta ſtabat manu. Ad quem cum furens et quaſi deuo
ratura eum belua puenisset. ſtatim corruit. ſubmiſſumq; caput terre
coequauit. mirantibus cunctis qui aderant poſt tantam ferocitatem
tantam ſubito ineſſe manſuetudinē. Docebat autem eos ſenex. homi
nū cauſa diabolum etiam iumenta corripere. et tanto eorū ardere o
dio ut non ſolum ipſos. ſed ea quoq; que ipſorū eſſent cuperet interire.
Huiuſq; rei proponebat exemplū q; ante q̃ beatum Iob temptare permit

teretur omnem ſubſtantiam eius interficeret. nec mouere quempiā
debere quod dn̄i iuſſione duo milia porcoꝝ a demonibꝫ interfecta ſit
Siquidem eos qui uiderant non potuiſſe aliter credere exiſſe de
homine tantam demonū multitudinem. niſi grandis porcoꝝ nu
merus et quaſi a multis actus pariter corruiſſet. Tempus me de
ficiet ſi uoluero uniuerſa ſigna que ab eo ſunt perpetrata dicere. In
tantam itaque a dn̄o eleuatus fuerat gloriam. Vt beatus quoque Anto
nius audiens conuerſationem eius ſcriberet ei. libenterque epiſtolas il
lius ſumeret. at ſi quando de Syrie partibus ad ſe languentes per
rexiſſent diceret eis. Quare uos tam longe uexari uoluiſtis. cum
haberetis ibi filium meum Hylarionem.

Exemplo itaque eius per totam Paleſtinā innumerabilia mo
naſteria eē ceperunt. et omnes ad eum monachi certatim
currere. Quod ille cernens laudabat domini gratiam. et ad perfec
tum anime ſingulos cohortabatur dicens. Preterit enim figura hu
ius mundi. et illam eē ueram uitam. que preſentis uite mercaretur
incommodo. Volens autem exemplum eis dare etiam humilitatis
et officii. ſtatutis diebus ante uindemiam luſtrabat cellulas mona
chorum. quod poſtquam cognitum eſt a fratribꝫ omnes ad eum cōflu
ebant. et comitati tali duce circuibant monaſteria habentes vi
aticum ſuū. quia interdum uſque ad duo milia hominum congregaban
tur. Sed et procedente tempore unaquaeque cellula uicinis monachis
ad ſuſceptionem ſanctoꝝ gaudens cibos offerebat

Quantū ſane in eo fuerit ſtudii ut nullum fratrē quamuis hu
milem quamuis pauperē preteriret. uel illud indiciū quod uadēs
in deſertū cades. ad unū e diſcipulis ſuis uiſendum. cum infinito
agmine monachoꝝ peruenit Heluſiam. eo forte die quo ānniuer
ſaria ſollempnitas omnē oppidi populum in templū Veneris congre
gauerat. Colunt autē illam ob luciferum cuius cultui ſarracenorum
natio dedita eſt. Sed et ipſum opidum ex magna parte ſemibar
barū eſt propter loci ſitum. Igitur audito quod ſanctus Hylarion preter
iret. multos enim ſarracenoꝝ arreptos a demone frequenter cu

rauerat gregatim ei cum uxoribus et liberis obuiam processere submit-
tentes colla et uoce syra barec id est benedic inclamantes. Quos
ille blande humiliterque suscipiens obsecrabat ut deum magis quam
lapides colerent. simulque uberrime flebat ad celum aspiciens. et se
pollicens si xpo crederent crebro ad eos esse uenturum. Mira domini
gracia. Non prius eum abire passi sunt quam future ecclesie lineam mit-
teret. et sacerdos eorum ut erat coronatus xpi signo denotaretur.
Alio quoque anno cum exiturus esset ad uisenda monasteria
et digereret in cedula apud quos remaneret. et quos in transi-
tu uisitare deberet. Scientes monachi quendam e fratribus esse parcio-
rem simulque cupientes uicio eius mederi rogabant ut apud eum ma-
neret. Et ille. Quid inquit uultis et uobis iniuriam et fratri uexati-
onem facere? Quod postquam ille frater parcus audiuit. erubuit. et an-
nitentibus cunctis uix ab inuito impetrauit. ut suum quoque monasterium
in mansionum ordine poneret. Post diem ergo decimum uenerunt ad
eum. custodibus iam in uinea quasi uilla esset ab eo dispositis. qui
cum lapidibus et glebarum iactu fundeque uertigine accedentes deter-
rerent. sine esu uue mane omnes profecti sunt. ridente sene et dissi-
mulante scire quod euenerat. Porro suscepti ab alio monacho. cui
Sabbas uocabulum est. debemus quippe parci tacere uocabulum.
largi dicere. quia dominicus erat dies. inuitabantur ab eo uniuersi
ad uineam ut ante horam cibi uuarum pastu laborem uie subleuarent.
Et sanctus ait. Maledictus qui prius refectionem corporis quam anime
quesierit. Oremus. psallamus. reddamus domino officium. et sic ad uine-
am properabitis. Completo itaque ministerio in sublime stans benedix-
it uinee et suas ad pascendum dimisit oues. Erant autem qui uesce-
bantur non minus ad tria milia. Cumque centum lagenis estimata
fuisset integra adhuc uinea post dies uiginti trecentas fecit. Porro
ille parcus frater multo minus solito colligens. etiam id quod habu-
erat uersum in acetum sero doluit. Hoc autem multis fratribus senex
ante futurum iam dixerat. Detestabatur autem precipue monachos
qui infidelitate quadam in futurum seruarent sua et diligentiam ha-

berent uel sumptuum uel uestium aut alicuius rei cum seculo transeun
tis. Denique unum de fratribus in quinto ferme a se miliario manentem
quia comperat ortuli sui nimis cautum timidumque custodem et
pusillulum haberet nummorum ab oculis suis abiecerat. Qui uo
lens sibi reconciliari senem frequenter ueniebat ad fratres et max
ime ad Esichium quo ille uehementissime delectabatur. Quadam igitur
die ciceris fascem uirentis sicut in herbis erat detulit. quem cum
ad uesperam Esichius posuisset in mensam. exclamauit senex se
putorem eius ferre non posse. simulque unde esset interrogauit. Respon
dente autem Esichio quod frater quidam primitias agelli sui fratribus
detulisset. non sentis inquit fetorem teterrimum et in cicere fetorem
auaricie? mitte bobus mitte brutis animalibus et uide an comedant.
Quod cum ille iuxta preceptum in presepe posuisset. exterriti boues
et plus solito mugientes ruptis uinculis in diuersa fugerunt. Habe
bat enim gratiam hanc senex ut ex odore corporum uestiumque et ea
rum rerum quas quisque tetigerat sciret cui demoni uel cui uitio subiaceret.
Igitur sexagesimo tertio uite sue anno. cernens iam grande monas
terium et multitudinem fratrum secum habitantium. turbasque eorum qui
diuersis languoribus et inmundis spiritibus occupatos ad se dedu
cebant. ita ut omni genere hominum solitudo per circuitum repleretur.
flebat cotidie et incredibili desiderio conuersationis antique recor
dabatur. Interrogatus ergo a fratribus quid haberet. cur se conficeret
aiebat. Rursum ad seculum redii et recepi mercedem meam in uita
mea. Et homines Palestine et uicine prouincie estimabant me
alicuius esse momenti. et ego sub pretextu monasterii ac dispensati
one fratrum uilem supellectilem habeo. Seruabatur ergo intente
a fratribus maximeque ab Esichio qui miro amore uenerationis
seni deditus erat

Cumque ita duxisset lugens bienium. Aristene illa cuius sup
fecimus mentionem prefecti tunc uxor. sed nichil de ambitu prefecti
habens uenit ad eum uolens etiam ad Anthonium pergere. Cui
ille flens ait. Vellem ipse quoque ire si non carcere huius monasterii

clauſus tenerer et ſi eundi fructus eſſet. Biduo enim hodie eſt quod totus
mundus tali parente orbatus eſt. Credidit illa et ſtetit. Et poſt pau
cos dies ueniente nuncio. Anthonii dormicionem audiuit. Mirentur
alii ſigna et portenta eius que fecit. mirentur incredibilem abſtinē
ciam ſcienciam humilitatem. Ego autē nichil ita ſtupeo quam gloriam
illum et honorē calcare potuiſſe. Currebant Epi presbiteri clerico
rum et monachorum greges matronarum quoque et xpianorum grandis
temptacio et hinc inde ex urbibus et agris uulgus ignobile. ſed et po
tentes uiri et iudices ut benedictum ab eo panem uel oleū acciperēt
At ille nichil aliud niſi ſolitudinem meditabatur in tantū ut quadam
die proficiſci ſtatuerit. et adducto aſello nimiis quippe exeſus ieiuniis
vix ingredi poterat iter arripere conaretur. Quod cum percrebuiſſet quaſi
uaſtitas et exiciū paleſtine indiceretur. pluſquam decem milia hominum
diuerſe etatis et ſexus ad retinendū eum congregata ſunt. Immobilis
uero ille ad preces et bacello harenas diſcuciens loquebatur. Fallacem
deum meū non faciam nec poſſum uidere ſubuerſas ecclias calcata
xpi altaria filiorum meorum ſanguinem. Uniuerſi autem qui aderant
intelligebant reuelatū ei quiddam eſſe ſecreti quod nollet confiteri. Et
nichilominus tamen cuſtodiebant eum ne proficiſceretur. Decreuit ergo
publica omnes uoce conteſtans non cibi ſe nec potus quippiam ſumē
niſi dimitteretur. Et poſt ſeptem dies inedie tandem cauſa relaxatus
ac ualedicens plurimis cum infinito agmine proſequenciū uenit be
thuliam vbi ſuaſis turbis ut reuerterentur elegit quadraginta monachos
qui habebant uiaticū ut poſſent ieiunantes ingredi id eſt poſt ſolis
occaſum cibum ſumere. Quinta igitur die uenit Peluſiū. uiſitatis quoque
fratribus qui in uicina heremo. et in loco qui lichognos dicitur morabantur
perrexit triduo ad caſtrum thonbaſton ut uideret Dracontiū Epm et
Confeſſorem qui ibi exulabat. Quo incredibiliter conſolato tanti uiri
preſencia poſt aliud triduū multo labore Babilonē peruenit ut uiſe
ret Filonem Epm et ipm Confeſſorē. Conſtancius enim Rex. Arriano
rū fauens hereſi. utrumque in ea loca deportauerat. Inde egrediens per
biduū uenit ad Oppidum. Afroditon. Vbi conuento Diacono baiſano

qui locatis dromadib; camelis ob aque in heremo penuriam conſue-
uerat euntes ad Anthonium ducē. confeſſus eſt fratribus inſtare diem
dormitionis beati Anthonii et peruigilem noctem in ipſo quo defunc-
tus fuerat loco a ſe ei debere celebrari. Tribus ergo diebus per uaſtā
et terribilem ſolitudinem tandem ad montem altiſſimū peruenerunt. re-
ptis ibi duobus monachis yſaac uidelicet et Peluſiano. quorum yſaac
interpres Anthonii fuerat. Et quia ſe prebet occaſio et ad id loci
uenimus. dignū uidetur breui ſermone habitaculum tanti uiri deſcri-
bere. Saxeus enim et ſublimis mons per mille circiter paſſus ad ra-
dices ſuas aquas exprimit. quarum alias harene ebibunt. alie ad in-
feriora dilapſe paulatim riuū efficiunt. ſuper quem ex utraque ripa pal-
me innumerabiles multū loco et amenitatis et comodi tribuunt. Vide-
res namque ſenem huc atque illuc cum diſcipulis beati Anthonii diſcur-
rere. hic aiebant pſallere hic orare. hic operari. hic feſſus reſidere
ſolitus erat. has uites has arbuſculas ipſe plantauit. illam areolam
manibus ſuis ipſe compoſuit. hanc piſcinam ad irrigandū ortulum
multo ſudore fabricatus eſt. Iſtum ſarculum ad fodiendum humum
pluribus habuit annis. Iacebat uero in ſtratu eius et quaſi calens ad-
huc cubile deoſculabatur. Erat autem cellula non plus menſure per
quadrum tenens quam homo dormiens extendi poterat. Preterea in
ſublimi montis uertice quaſi per cocleam aſcendentib; et arduo ual-
de niſu due eiuſdem menſure cellule uidebantur in quibus uenienti-
um frequentiam et diſcipulorum ſuorum contuberniū fugiens moratus
eſt. Verū hee in uiuo exciſe ſaxo hoſtia tantum addita habebant. Poſt-
quam autē ad ortulum uenerant. Videtis inquit yſaac hoc pomeriū ar-
buſculis conſitum et holeribus uirens. ante hoc ferme trienniū cū
onagrorum grex hoc uaſtaret unū e ductorib; eorum ſtare iuſſit. bacello
que tundens latera eius ait. Quare comeditis quod non ſeruiſtis. Et
exinde exceptis aquis ad quas potandas uentitabant. nunquam eos nec
arbuſcula nec olera contigiſſe. Preterea rogabat ſenex ut ſibi locum
tumuli eius oſtenderent. Qui cum ſeorſum eum abduxiſſent. utrum
nec ne monſtrauerint ignoratur. Cauſam tantū occultandi iuxta

In preceptũ beati Anthonij fuisse referentes. ne Pergamius qui in illis
locis ditissimus erat. sublato ad uillam suam sancti corpe martyrium
fabricaret. Igitur reuersus Afroditon. duobus tantum
retentis secum fratribus in uicina heremo moratus est. Tante se nã
q; abstinentie ac silencio dedit. ut tunc primũ se cepisse xp̄o seruire di
ceret. Porro iam triennium erat quod clausum celum terras illas are
fecerat ita ut uulgo dicerent. Anthonij morte etiam lugere elemẽta.
Fama quoq; Hylarionis non latuit incolis loci illius. et certatim vi
rilis ac muliebris sexus ore lurido et attenuati fame pluuias a seruo
xp̄i idest a successore Anthonij deprecabantur. Quos ille cernens mi
re doluit. eleuatis q; ad celum oculis et utrasq; in sublime erigens ma
nus statim impetrauit quod rogauerat. Ecce autem sitiens harenosa
saq; regio postq̄ pluuijs irrigata est tantam serpentũ et uenenato
rum animaliũ ex improuiso ebulliuit multitudinẽ. ut pcussi innumera
biles nisi ad Hylarionem concurrissent. statim interirent. Benedic
to itaq; oleo. uniuersi agricole et pastores tangentes uulnera. certam
salutem presumebant

Videns autem se etiam ibi miris honoribus affici. perrexit Alex
andriam. inde ad interiorem Osaam transiturus. Et quia nũ
q̄ ex quo ceperat eẽ monachus in urbibus manserat. diuertit ad quos
dam fratres notos sibi in bruchium haud procul ab Alexandria.
Qui miro gaudio cum suscepissent senem. et iam uicina nox esset.
repente audiunt discipulos eius asinũ sternere. illum q; parare pfi
cisci. Itaq; aduoluti pedibus eius rogabant ne hoc faceret. Et ante li
men prostrati et citius se mori q̄ tali carere hospite testabantur.
Quibus ille respondit. Idcirco abire festino ne uobis molestiam ge
nerem. Certe ex posterioribus cognoscetis nõ frustra me subito recessisse.
Igitur altera die Gazenses cum lictoribus profecti. nam pridie eum
uenisse cognouerant. intrantes autem monasteriũ cum illum minime
repperissent. inuicem loquebantur. Nonne uera sunt que audiuimus.
Magus est. et futura cognoscit. Vrbs enim Gaza postq̄ profecto
de Palestina Hylarione. Julianus in imperium successerat. destructo mo

nasterio eius precibus ad imperatorem datis et Hylarionis et Esichij
mortem impetrauerat amboque ut quererentur toto orbe scriptum erat.
Egressus ergo de Bruchio per inuiam solitudinem intrauit Osoam
ibique anno plus minus exacto quia illuc quoque sui fama peruenerat
quasi iam in oriente latere non posset ubi multi illum et opinione
et uultu nouerant ad solas nauigare insulas cogitabat ut quem
terra uulgauerat saltem maria celarent
Eodem ferme tempore Adrianus discipulus eius de Palestina
superuenit dicens Iulianum occisum, christianum uero imperatorem
regnare cepisse reuerti eum debere ad monasterij sui reliquias.
Quod ille audiens detestatus est. et conducto camelo per uastam
solitudinem uenit ad maritimam urbem libie parathonium. Vbi
Adrianus infelix uolens Palestinam reuerti et pristinam sub nomine
magistri gloriam querens multas fecit ei iniurias. Ad extremum conuas
tatis que a fratribus ei missa detulerat nesciente eo profectus est. Super
hoc sane quia alter locus referendi non est. hoc tantum dixerim in
terrorem eorum qui magistros suos despiciunt quod post aliquantum temporis
morbo regio computruerit. Habens igitur senex Zananum secum as
cendit classem que Siciliam nauigabat. Cumque uenundato Euange
liorum codice quem manu sua adolescens scripserat dare naulum dispo
neret. in medio ferme adriatico nauclerii filius arreptus demone
clamare cepit et dicere. Hylarion serue christi cur nobis per te et in pe
lago tutos esse non licet. da michi spacium donec ad terram ueniam
ne hic eiectus precipiter in abissum. Cui ille ait. Si deus meus tibi
concedit ut maneas mane. Si autem ille te eicit quid michi inuidiam
facis homini peccatori et mendico. Hoc autem dicebat ne naute
aut negociatores qui in naui erant se cum ad terram peruenisset pro
derent. Nec multo post purgatus est puer patre fidem dante et cete
ris qui aderant nulli se super nomine eius locuturos. Ingressus autem
Pachinum promunctorium Sicilie obtulit nauclero Euangelium pro sub
uectione sua et Zanani. Qui nolens accipere maxime cum uideret
eos excepto illo codice et hiis quibus uestiti erant amplius nichil habere.

ad extremum iurauit ſe non acceptur ū. Sed et ſenex aſſenſus eſt fidu
cia paupis conſciencie. et in eo magis letabatur q̄ nichil haberet ſe
culi. et ab accolis loci illius mendicus putaretur. Porro recogitans ne
ſe negociatores ab oriente uenientes notum facerent. ad mediterranea
fugit loca. ideſt uigeſimo a mari miliario. ibiq; in quodam deſerto
agello. lignorum cotidie faſcem colligens imponebat dorſo diſcipuli. q°
in proxima uilla uenundato. et ſibi alimoniam. et his qui forte ad
eos ueniebant dantes pauxillulum panis comedebant

Sed uere iuxta quod ſcriptum eſt. non poteſt ciuitas abſcon
di ſupra montem poſita. Rome Scutarius quidam. dum in
baſilica beati Petri Apli torqueretur. proclamauit in eo īmundus
ſpūs. Ante paucos dies Hylarion ſeruus xpi Siciliam ingreſſus eſt
et nemo eum nouit et putat ſe eſſe ſecretum. Ergo uadam et ꝓdam
illum. Statimq; cum ſeruulis ſuis aſcenſa in portu naui appulſus eſt
Pachinū. Et deducente ſe demone ante conſpectū ſenis proſtrauit.
Ilicoq; curatus eſt. Hoc eſt inicium ſignoꝝ eius in Sicilia. Innu
merabilem ad eum deinceps egrotanciū. ſed et religioſoꝝ hominum
adduxit multitudinem. in tantum ut de prioribus uiris tumens
quidam morbo aque intercuti. eadem die qua ad eum uenerat cu
ratus eſt. Qui poſtea offerens ei infinita munera. audiuit dictum
Saluatoris ad diſcipulos. Gratis accepiſtis. gratis date.

Dum hec ita gerūtur in Sicilia. Eſichius diſcipulus eius to
to orbe ſenem querebat. luſtrans litora. deſerta penetrans. et
hanc tantum habens fiduciam quia ubicūq; eēt diu latere nō poſſꝫ.
Tranſacto ergo iam triennio. audiuit a montano quodam iudeo uilia
populis ſcruta uendente. ꝓphetam xpianorū apparuiſſe in Sicilia
tanta miracula et ſigna facientem ut de ueteribus ſanctis putare
tur. Interrogans itaq; habitū eius inceſſum et linguam maximeq;
etatem. diſcere nil potuit. Ille enim qui referebat famam ad ſe tantū
peruenisse hominis teſtabatur. Ingreſſus ergo Adriam proſpero cur
ſu uenit Pachinū. et in quadam curui litoris uillula famam ſenis
ſciſcitans conſona omniū uoce cognouit ubi eſſet. quid ageret. nil

ita in eo cunctis admirantibus quod post tanta signa atque miracula nec
fragmen quidem panis a quoquam in illis locis accepisset. Et ne lon
gum faciam sermonem. Sanctus vir Esichius ad magistri genua
prouolutus plantasque eius lacrimis rigans tandem ab eo subleuatus
post biduum triduumque sermonem audit a zanano non posse iam se
nem in illis habitare regionibus sed uelle ad barbaras quasdam per
gere nationes ubi et nomen et sermo suus ignotus foret. Duxit itaque
eum ad Epydaurum Dalmatie oppidum ubi paucis diebus in uici
no agello mansitans non potuit abscondi. Siquidem draco mire mag
nitudinis ex his quos gentili sermone boas uocant ab eo quod tam gran
des sint ut boues glutire soleant omnem late uastabat prouinciam et non
solum armenta et pecudes sed et agricolas et pastores tractu seui spi
ritus absorbebat. Cui cum piram iussisset preparare et oratione ad Christum
missa euocato precepisset struem lignorum scandere ignem subposuit
cunctaque spectante plebe immanem bestiam concremauit. Unde estuans
quid faceret quo se uerteret aliam preparabat fugam et solitarias ter
ras mente perlustrans merebat quod tacente de se lingua miracula loque
rentur. Ea tempestate terremotu tocius orbis qui post Juliani mor
tem accidit maria egressa sunt terminos suos et quasi rursus dominus
diluuium minaretur vel in antiquum chaos redirent omnia naues
ad prerupta delate moncium pependerunt. Quod cum uiderent Epydau
ritani frementes fluctus et undarum molem et montes gurgitem
litoribus inferri uerentes quod iam euenisse cernebant ne oppidum
funditus subuerteretur egressi sunt ad senem et quasi ad prelium proficis
centes posuerunt eum in litore. Qui cum tria crucis signa pinxisset
in sabulo manusque contra tetenderet. incredibile dictu est in quan
tam altitudinem intumescens mare ante eum steterit ac diu fremens
et quasi ad obicem indignans paulatim in semet relapsum sit. Hoc
Epydaurum et omnis illa regio usque hodie predicat matresque docent
filios suos ad memoriam in posteros transmittendum. Vere illud quod
Apostolis dictum est. Si crediderintis dicetis monti huic transi in mare
et fiet. eciam iuxta litteram impleri potest. si tamen quis habuerit

Apostolorum fidem et

Apl'o4 fidem. et talem qualem illis habendam dominus imparauit.
Quid enim interest utrum mons descendat. an inmensi undarum mon
tes repente obriguerint. et ante pedes senis tamquam saxei ex alia parte
molliter fluxerint. Mirabatur ergo omnis urbs. et magnitudo signi
in salonis quoque percrebuerat. Quod intelligens senex in breui lembo
fugit clam nocte. et inuenta post biduum oneraria naui perrexit Cyprum.
Cumque inter maleas et cytheram pirate derelicta classe in litore. que
non antempna sed conto regitur. duobus haud paruis mioparoni
bus occurrissent. duo hinc inde fluctus uertentes remige omnes qui
in naui erant trepidare flere discurrere preparare contos. et quasi non
sufficeret unus nuncius certatim seni piratas adesse dicebant. Quos
ille procul intuens subrisit. Et conuersus ad discipulos dixit. Modi
ce inquit fidei quare trepidastis? numquid plures sunt hii quam Phara
onis exercitus? et tamen omnes deo uolente submersi sunt. Loque
batur. et nichilominus spumantibus rostris hostiles iminebant carine
iactu tantum lapidis in medio. Stetit ergo in ora nauis. et porrecta
contra uenientes manu. hucusque ait uenisse sufficiat. O mira rerum
fides. statim resilire nauicule. et impellentibus contra remis ad pup
pim impetus redit. Mirabantur pirate post tergum se redire nolen
tes totoque corporis nisu ut ad nauigium peruenirent uelocius multo
quam uenerant ad litus referebantur. Pretermitto cetera ne uidear in
narratione signorum uolumen extendere. Hoc solum dicam quod pros
pero cursu inter cycladas nauigans hinc inde clamancium de urbibus
et uicis et ad litora concurrencium inmundorum spirituum uoces audiebat.
Ingressus ergo Paphum urbem Cypri nobilem carminibus poetarum
que frequenti terremotu lapsa nunc al' ri ruinarum tantum uestigiis quid
olim fuerit ostendit. In secundo ab urbe miliario habitabat ignobilis
gaudensque uehementer quod paucis diebus quietus uiueret. Verum
non plus uiginti transiere dies. cum per omnem illam insulam qui
cumque habebant inmundos spiritus clamare ceperunt uenisse Hyla
rionem seruum christi et ad eum se debere properare. Hoc salamina. hoc
curium. hoc Lapithon et urbes relique conclamabant. plerisque asse

rentibus scire se quidem Hylarionem et uerū illum eē famulū dei
sed ubi eēt ignorare. Intra triginta igitur nec multo amplius dies
ducenti ferme tam uiri q̄ mulieres ad eum congregati sunt. Quod
cum uidisset dolens q̄ se non pateretur quiescere et quodāmodo in
ulcionem sui seuiens tanta eos oracionū instancia flagellauit ut
quidam statim. alij post biduū triduūq; omnes uero intra unam
ebdomadam curarentur. Manens itaq; ibidem biennio et semper
de fuga cogitans Esichiū ad se ueris tempore reūsurum Palestinam
misit ob saluationem fratrum et monasterij sui cineres uisendos.
Qui cum reuertisset cupienti rursus ad Egiptum nauigare hoc ē
ad ea loca que bucolia uocantur. eo q̄ nullus ibi xp̄ianoꝝ eēt. sed
barbara et ferox natio. suasit ut in ip̄a magis insula ad secreciorem
locum secederet. Quem cum diu lustrans om̄ia repperisset p̄duxit eū
duodecim milibus a mari procul inter secretos asperosq; montes
et quo uix reptando manibus genibusq; possit ascendi. Qui intro
gressus contemplatus quidem est terribilem ualde et remotū locū
arboribusq; hincinde circumdatum habentem etiam aquas de sup
cilio collis irriguas. et ortulum plenū p̄amenū et pomaria pluri
ma quoꝝ tamen fructum nūq̄ in cibum sumpsit. iuxta quem erat
antiquissimi templi ruina ex quo ut ip̄e referebat. et ut eius disci
puli testabantur tam innumerabilium per noctem et diem demonū
uoces resonabant ut exercitū crederes. Quod ille ualde delectatus
q̄ scilicet agonistas haberet in proximo. habitauit ibi per annos
quinq; et sepe inuisente se Esichio in hoc extreme iam uite sue t̄pe
refocillatus est. Qui p̄pter asperitatem et difficultatem loci et umbra
rum ut ferebatur uulgo multitudinem aut nullus aut rarus ad se
uel posset uel auderet ascendere. Quadam autem die egressus ortu
lum uidit hominem toto corpore paliticum iacere ante fores. Int̄
rogauitq; Esichiū quisnam eēt uel quomō fuisset adductus. Qui
respondens ait procuratorem eum fuisse uillule ad quem ortulus
quoq; in quo ipsi erant p̄tineret. Et ille conlacrimans tendensq;
ad iacentem manū tibi inquit dico. In nomine domini IHV xp̄i

surge et ambula. Mira uelocitas. Adhuc enim uerba in ore loquentis uoluebantur et iam membra solidata ad standum hominem subrigebant. Quod postquam auditum est, etiam difficultatem loci et iter inuium plurimorum uicit necessitas, nichil per circuitum cunctis ualidius obseruantibus ne quoquo modo laberetur. Disseminauerat enim hoc de eo rumor diu eum in eodem loco manere non posse. Quod tamen ille non leuitate quadam ut puerili sensu uictus faciebat sed honorem fugiens et importunitatem semper silencium et uitam ignobilem desiderabat

Igitur octogesimo etatis sue anno cum absens esset Esichius quasi in testamenti uice breuem manu propria scripsit epistolam omnes ei diuicias suas derelinquens, euangelium scilicet et tunicam saccineam cucullam et palliolum. Nam minister eius ante paucos dies obierat. Venerunt itaque ad egrotantem de Papho multi religiosi uiri maxime quod eum dixisse audierant iam se ad dominum migraturum et de uinculis corporis liberandum. Sed et Constantia quedam sancta femina cuius generum et filiam unctione olei de morte liberauerat. Quos omnes adiurauit ut ne puncto quidem hore post mortem reseruaretur sed statim eum in eodem loci ortulo terra operirent sicut uestitus erat in tunica cilicina cuculla et sago rustico. Iamque modicus calor tepebat in pectore nec preter sensum quicquam uiui hominis supererat et tamen apertis oculis loquebatur. Egredere, quid times? egredere anima quid dubitas? septuaginta prope annis seruisti Christo et mortem times? In hec uerba exalauit spiritum. Statimque humo obrutum ante urbi sepultum quam mortuum nuntiauerunt. Quod postquam Palestine sanctus uir audiuit Esichius perrexit ad Cyprum et simulans uelle se in eodem habitare ortulo ut diligentis custodie suspicionem accolis tolleret cum ingenti satis uite sue periculo post decem ferme menses corpus eius furatus est quod Maiumam deferens totis monachorum et oppidorum turbis prosequentibus in antiquo monasterio condidit illesa tunica cuculla et pallio et toto corpore quasi adhuc uiueret integro tantisque fraglante odoribus

ut delibutum ungentis putaretur. Non michi uidetur in calce li
bri tacenda Constancie sanctissime illius mulieris deuocio. que per
lato ad se nuncio q corpusculum sancti Hylarionis Palestine eet
statim exanimata est. ueram in seruū dei dilectionē morte quoq
comprobans. erat enim solita peruigiles in sepulchro eius noctes ducē
et quasi cum p̄nte ad adiuuandas orōnes suas sermocinari. Cer
nas usq hodie miram inter Palestinas et Cypros contencionē. his
corpus Hylarionis. illis spiritum se habere certantib. et tamē in u
trisq locis magna cotidie signa fiunt. sed magis in ortulo Cypri.
forsitan quia plus illum locum dilexerat. Explicit uita sancti
Hylarionis. Incipit prologus Euagrii
presbiteri ad Innocentium vide in fine huius vitae

Presbiter Euagrius. Innocencio carissimo filio in dn̄o
salutem. Ex alia in aliam linguam ad uerbum expres
sa translacio sensus operit. et ueluti letum gramen sa
ta strangulant. dum enim casibus et figuris seruit o
racio quod breui poterat indicari sermone longo ambitu circuacta
uix explicat. Hoc igitur ego uitans ita beatū Anthoniū te peten
te transposui ut nichil desit ex sensu cum aliquid desit e uerbis. Alii
sillabis occupentur et litteris tu quere sentenciam

Athanasius Epus ad peregrinos fratres

Optimum est fratres in istis certaminibus aut equare
Egipti monachos. aut superare nitentes uirtutis in
stancia. et enī apud uos iam plurima sunt monaste
ria. Monachoꝝ quoq nomen est celebre. et hanc uoluntatem ues
tram iuste quisq mirabitur. orantibusq uobis optatum tribuet
deus effectum. Quoniam igit exegistis a me ut uobis scriberem
de cōuersacione beati Anthonii uolentib discere queadmodum
ceperit qui ue fuerit ante sanctum propositum. qualem eciam habu
erit terminū uite. et si uera sint ea que de ipō fama dispersit. ut
ad eius emulacionem atq exemplum uos instruere possitis mag
na cum leticia suscepi uestre caritatis imperiū. Et michi enim

ingens lucrum est atque utilitas hoc ipsum quod recordor Anthonii. et uos cum admiratione audientes scio eius propositum cupere sectari. profectus est siquidem ad uirtutum graciam Anthonium scire quis fuerit. Ergo ut breuiter dicam de omnibus que de eo referunt et sermo iactauit credite et minima uos estimate audisse de maximis quia non ambigo nec eos omnia potuisse cognoscere. cum et ego exhortatus a uobis quantumcumque per epistolam significauero non equalia sim meritis narraturus. Sed et uos omnes hinc nauigantes studiose percunctamini quo singulis que norunt referentibus congrua dignaque tanti nominis relatio compleatur. Disponebam itaque post lectionem litterarum uestrarum aliquos monachos ad me inuitare et maxime eos qui ad eum crebro ire consueuerant ut plenius aliquid addiscens munera uobis maiora transmitterem. Sed quoniam ad nauigationem tempora habebantur et litterarum portitor uehementissime festinabat. ideo ea que ipse noueram frequenter enim eum uisitaui et que ab eo didici quia ad prebendam ei aquam non paululum temporis cum eo feci dilectioni uestre indicare properaui utramque curam ueritatis habens ut neque plus aliquis audiens miraculorum congestionem non credat. nec rursus meritis eius inferiora cognoscens me non putet dignum esse miraculo pro tanti nominis uiro Explicit prologus. Incipit actus uel uita sancti Anthonii monachi et heremite

IGitur Anthonius nobilibus religiosisque parentibus ab Egipto oriundus fuit. tanta suorum nutritus cura ut nichil aliud preter parentes domumque cognosceret. Et cum iam puer esset. non se litteris erudire. non ineptis infantium iungi passus est fabulis. sed omni desiderio flagrans secundum quod de Iacob scriptum est. innocenter habitabat domi. Ad ecclesiam quoque cum parentibus sepe conueniens nec infantium lasciuias nec puerorum negligentiam sectabatur. sed tantum ea que legebantur auscultans utilitatem preceptorum uite institutione seruabat. Non

suis ut solet illa etas pro uariis et delicatis cibis uices tedio fuit. non esce mollioris blandimenta sectatus est. his solum que dabantur contentus nichil amplius requisiuit. Post mortem amborum parentum annorum circiter decem et octo seu uiginti cum sorore admodum paruula derelictus est. et domus et sororis honestam curam gerebat. Necdum enim sex fluxerant menses quibus post mortem parentum ad ecclesiam ut solebat accurrens recordabatur. quomodo et Apostoli omnibus spretis secuti sunt saluatorem. et multi in actibus Apostolorum facultatibus suis uenditis precia ad pedes eorum detulissent egentibus parcienda. que uel quanta hisdem spes reposita esset in celis. Talia secum uoluens intrauit ecclesiam et accidit ut tunc Euangelium legeretur in quo dominus dixit ad diuitem. Si uis perfectus esse uade et uende omnia quecumque habes et da pauperibus et ueni sequere me et habebis thesaurum in celo. Quo audito quasi diuinitus huiusmodi ante memoriam concepisset. et ueluti propter se hec esset scriptura recitata ad se dirictum traxisset imperium. Statimque regressus possessiones quas habebat uendidit. Arure autem erant trecente iugeres et ualde optime uicinis largitus est ne in aliquo sibi aut sorori molestia gigneretur. Ceterum uero que in mobilibus possidebat uniuersa uendidit. et aggregato non exiguo precio indigentibus dedit. paruis ob sororem reseruatis. que et sexu et etate uidebatur infirmior. Rursus at ecclesiam ingressus cum audisset dominum in Euangelio dicentem. nolite cogitare de crastino. reliquam quoque porcionem pauperibus distribuit. Neque se uersari passus est domi. sed sorore fidelibus ac notis uirginibus commendata ut ad earum nutriretur exemplum. ipse iam omnibus seculi uinculis liber. asperum atque arduum arripuit institutum. Necdum autem tam crebra erant in Egipto monasteria neque omnino quisquam uiam solitudinis nouerat. Et quicumque in Christi seruitute sibimet prodesse cupiebat procul a sua uilla ubi Anthonius omnibus suis uenditis et in pauperes distributis securus et separatus instituebatur uiuebat. Erat igitur in agello uicino senex quidam uitam solitariam a prima sectatus etate. Hunc cum uidisset Anthonius

emulatus est ad bonum. et primum quidem incipiens etiam ipse in lo
cis paululum ab illo remotioribus manebat. Exinde autem si quem
uigilantem in hoc studio compererat procedens querebat ut apis
prudentissima. nec ad habitaculum suum ante remeabat nisi eius
quem cupiebat frueretur aspectibus et sic tamquam munere mellis accep
to abibat ad sua. Tali quidem institutus exordio. cum per dies sin
gulos ita animum roboraret ut nec opum paternarum nec suorum me
minisset affinium omne etiam desiderium et sollicitudinem erga
id quod ceperat exerceret operabatur manibus suis. sciens scriptum
esse Qui non operatur non manducet. Mercedem tamen operis sui pre
cio panis excepto egentibus largiebatur. Orabat frequenter. quippe
quia didicerat quod oporteret sine cessatione dominum rogare. Auditione enim
scripturarum ita studium commodabat ut nichil ex eius animo laberetur
sed uniuersa domini precepta custodiens memoriam pro libris haberet.
Sic suam uitam instituens ut ab uniuersis fratribus puro diligere
tur affectu. Ab omnibus ad quos studio discendi pergebat obediencias
proprias singulorum gracias hauriebat. Huius continenciam. iocundita
tem illius sectabatur. Istius lenitatem. illius uigilias. alterius legendi
emulabatur industriam. istum ieiunantem. illum humi quiescen
tem mirabatur. alterius patienciam. alterius mansuetudinem predi
cabat. Omnium quoque uicariam erga se retinens caritatem. atque uni
uersis uirtutum partibus irrigatus ad sedem propriam regrediebatur.
Ibi secum uniuersa pertractans omnium in se bona nitebatur expime
re. Neque enim aduersus coetaneos aliquando mouebatur. sed ea tan
tum flamma egregio uiro crescebat in pectore ne secundus cuiquam
in predictis operibus inueniretur. Et hoc ita faciebat ut cum omnes
gloria anteiret omnibus tamen carus esset. Nam et uicini et mona
chi ad quos sepe ueniebat Anthonium uidentes deicolam nuncu
pabant. Indultisque nature uocabulis quidam ut filium. alii ut pa
trem diligebant. Cum hec gereret Anthonius quibus omnium
in se prouocaret affectum. inimicus nominis christiani dyabolus impa
cienter ferens tantas in adolescente uirtutes. ueteranis eum aggres

ſus eſt fraudibus. Et primū quidem temptans ſi quomodo poſſet e
um ab arrepto inſtituto detrahere. īmittebat ei memoriam poſſeſſio
num. ſororis defenſionem. generis nobilitatem. amorē rerū. fluxam
ſeculi gloriam. eſce variam delectationem. et reliqua vite remiſſioris
blandimenta. poſtremo virtutis arduum finem et maximū puenie
di laborem. necnon corporis fragilitatem. et etatis ſpacia prolixa. prorſus
maximam ei cogitationū caliginem ſuſcitabat. Poſtq̄ autem orōnibꝫ
eius ad dn̄m per paſſionis fidem ſe intellexit elidi. conſueta adverſus
omnes adoleſcentes arma corripiens. nocturnis eum inquietavit il
lecebris. per dies etiam tam apertis in eum telis irruebat ut nullus
ambigeret quia Anthonius contra diabolum dimicaret. Nam et ille
cogitationes ſordidas conabatur inſerere. et hic eas orōnibus ſubmove
bat aſſidue. Ille titillabat ſenſus naturali carnis ardore. hic fide et ie
iuniis corpus omne vallabat. ille per noctes in pulchre mulieris ver
tebatur ornatu nulla omittens figmenta laſcivie. hic ultricis gehen
ne flāmas et dolorem vermis recordans. cogitacioni libidinū obicie
bat. ille lubricū adoleſcencie iter ad ruinam facile ꝓponebat. hic e
terna futuri iudicii tormenta conſiderans illeſam animi puritatem
per temptamenta ſervabat. Iſta autem omīa ad confuſionem diabo
li fiebant. Qui enim ſimilem ſe deo fieri poſſe exiſtimabat. nūc ab
adoleſcente ut miſerrimus vincebatur. Et qui contra carnem et
ſanguinem cum magna exultatione gloriabatur. ab homine carnē
geſtante ſupabatur. Adiuvabat enim ſervū ſuum dominus quia
nr̄i grā carnem ſuſcipiens. victoriam corpori contra diabolū largi
tus eſt. ut ſingulis ita certantibꝫ aplicum liceret proferre ſermonē:
Non autem ego. ſed gracia dei que mecum eſt. Ad poſtremum
cum nec hoc argumento deſtruere poſſet Anthonium draco teterri
mus. et videret ſe ſemper ab eius cogitatiōibus repelli ſcd̄m q̄d ſcrip
tum eſt. ſtridens dentibus et eiulans. qualis eſt talis merito appare
bat et vultu. puer horridus atq̄ niger ad eius ſe genua ꝓvolvens
humana voce deflebat dicens. Multos ſeduxi plurimos decepi. Nūc
autem ut a ceteris ſanctis. ita et tuo ſum labore ſuperatus. Quem

cum interrogaret Anthonius quisnam esset qui talia loqueretur · ait
Ego sum fornicationis amicus · ego multimoda turpitudinis ad
uersus adolescentes arma suscepi · et spūs fornicationis uocor · qui
tos pudice uiue disponentes fefelli · quot teneriter incipientes ad
sordes pristinas redire psuasi · Ego sum propter quem Propheta lapsos
increpat dicens Spiritu fornicationis seducti estis · et re uera p me
enim et illi fuerant subplantati · ego sum qui teipm̄ sepe tempta
ui et semper repulsus sum · Cum hoc xpi miles audisset gratias
agens deo · et largiore aduersus inimicū confortatus audacia · ait ·
Multum ergo despicabilis es multūque contemptus · nam et obscu
ritas tua et etas infirmarū signa sunt rerū · nulla michi iam cura
de te est · dn̄s michi auxiliator est et ego exultabo super inimicos me
os · Et statim ad uocem canentis fantasma quod uidebatur euanu
it · Hec autem Anthonij contra diabolum fuit prima uictoria · im
mo uirtus in Anthonio Saluatoris qui peccatum in carne condem
nauit ut iustificatio legis in nobis compleretur qui non secundū car
nem ambulamus sed secundum spiritū · Sed neque Anthonio secu
ritatem dedit unus triumphus · nec diabolo semel fracte defecere
uires · Nam et iste ut leo rugiens querebat aditum per quem pos
set irrumpere / et ille scripturarū doctus eloquio multas esse demonū
captiones · sollerti propositum labore seruabat · considerans quia pos
set sathanas in carnis colluctatione supatus · nouarum aduersum
se artiū machinas commouere · Idcirco magis ac magis subiugabat
corpus suum · ne uictor aliorum in alijs uinceretur · Disponens igitur
durioris se uite lege constringere · cum omnes infatigabilem ado
lescentis mirarentur instanciam · sanctum tolleranter ferebat laborē
quia uoluntarie seruitutis longum in [dei] die opere studium consuetu
dine in naturam uerterat · Inde autem et uigiliarū in tantum
paciens erat ut credulitatem uiribus uinceret · pnoctabat in ora
cione sepissime · edebat semel in die post solis occasum · Nonunquam
biduo triduoque sic pmanens quarta demū die reficiebatur · Sume
bat vero panem et salem · potumque aque perpauxillum · De carni

bus uero et uino reticere melius puto quam quicquam dicere · quando nec
apud plurimos quidem monachorum huiuſmodi aliquid reperiatur ·
Quieti autem membra concedens iuncto contexto et cilicio utebatur.
Aliquotiens etiam ſuper nudam humum iacebat · unguenta penitus
repudians cum diceret minime poſſe iuuencum et precipue iuue
num corpa roborari niſi olei eorum lenitate mollita · Oportere econ
trario aſperos carni labores imperari ſecundum Apostoli preceptum dicen
tis Quando infirmor tunc fortior ſum · aſſerebatque ſenſum anime
ſic poſſe reuiuiſcere · ſi corporis fuiſſent impetus fatigati Unde
nec temporum longitudinem nec laborum merita penſabat · ſed
amore et famulatu ſpontaneo ſemper tamquam in principiis con
ſtitutus ad perfectum diuini metus deſiderium conciliabat · No
uisque cupiens augere preterita ſupra memorati doctoris ſermo
num recordabatur qui ait · Preterita obliuiſcens et in futurum
conualeſcens · Meminerat quoque Helye prophete dicentis · Uiuit
dominus cui aſſiſto hodie ante ipſum Et diſſerebat cur hodie eſſet
appositum · quia non computabat Helias preteritum tempus · ſed tamquam
cotidie in certamine conſtitutus talem ſe preberi cupiebat qualem
ſciebat dignum eſſe dei conſpectibus puro corde paratum obedire uo
luntati eius Igitur ſecum reputans oportere dei famulum ex inſtitu
to magni Helie exemplum capere et ad illud ſpeculum uitam ſuam
debere componere · ad ſepulchra haud longe a uilla conſtituta ſeceſ
ſit uni e cognatis mandans ut ſtatutis diebus ſibi alimenta defer
ret · Et cum in ea memoria ſupradictus frater eum clauſiſſet ſolus
ibidem morabatur · Metuens ergo diabolus ne acceſſu temporis
heremum quoque habitare faceret · ita eum aggregatis ſatellitibus ſuis
uaria cede lacerauit · ut doloris magnitudo et motum auferret et
uocem · Nam et ipſe poſtea ſepe referebat uulnera fuiſſe tam gra
uia ut uniuerſa hominum tormenta ſuparent · Sed dei prouiden
cia que numquam in ſe ſperantibus deeſt conſeruauit eum · Alia uero
die is quem ſupra diximus frater aduenit cibos deferens aſſuetos
inuenitque eum fractis foribus in terra iacere quaſi mortuum · et hu

meris impoſitum ad uillule domiciliū deportauit. Quo audito
ingens uicinoꝝ atq; affinium multitudo concurrens triſte in medio
poſiti funeris reddebat officiū. Et iam media noctis parte tranſgreſ
ſa. grauis pugiles om̄ oculos uicerat ſopor. Tunc Anthonius
anima paululū redeunte ſuſpirans eleuauit caput. Et poſtq̄ cetis
alta quiete proſtratis eum a quo delatus fuerat uigilare conſpexit.
nutu aduocans obſecrauit ut nullo penitus excitato ad priſtinum
ſe referret habitaculum. Relatus ergo iuxta morem ſolus iterū p̄ma
nebat. Et ſtare quidem ꝓpter recentes plagas non poterat. orans uerō
proſtratus poſt orationem clara uoce dicebat. Ecce hic ſum ego An
thonius non fugio ueſtra certamina. eciam ſi maiora faciatis. nullꝰ
me ſeparabit a caritate xp̄i. Pſallebatq; dicens. Si conſtiterint aduer
ſum me caſtra non timebit cor meum. Talia eo dicente bonorum
hoſtis diabolus admiratus eſt. q̄ poſt tot uerbera auſus fuiſſet re
uerti. Congregatis canibus ſuis et ꝓprio ſe furore dilanians uidetis
ait. quia nec ſpiritu fornicationis nec corpis dolore ſupatus. rurſu
per audacter laceſſit nos. Om̄ia arma arripite. acrius a nobis in
pugnandus eſt. Senciat ſenciat debet ſcire quos prouocauit. Dixit
et adhortantis uocem audientiū turba conſenſit. quia innumeras
habet diabolus artes nocendi. Sonitus igitur repentinus incre
puit ita ut funditus loco agitato et parietibꝰ patefactis multifari
a demonū exinde ſe turba effunderet. nam et beſtiaꝝ et ſerpenti
um formas induentes omnem protinus locum repleuere fantaſijs
leonū thauroꝝ luporū aſpidum ſerpentiū ſcorpionū necnon
et pardorū atq; urſorum. Et hec quidem ſingula ſecundum ſuam
fremebant naturam. rugiebat leo occidere uolens. thaurus mugi
tu et cornibus minabatur. ſerpens ſibulo pſonabat. luporū impe
tus ingerebant. pardus diſcoloriter auctoris ſui calliditates va
rias indicabat. truces omnium uultus et uocis horride dirus audi
tus. Anthonius flagellatus atq; confoſſus ſenciebat quidem aſpe
riores corpis dolores. ſed interritus durabat mente pugil. Et li
cet gemitum uulnera carnis exprimerent. ſenſu tamē idem ma

nens quaſi de īimicis luderet loquebatur. Si uiriū aliquid habētis
ſufficeret unus ad preliū. ſed quoniam dn̄o uos eneruante frangi
mini multitudine temptatis inferre terrorē. cum hoc ipm̄ infirmi
tatis indiciū ſit q̄ irrationabiliū formas induitis beſtiarū. Rur
ſus q̄ confidens aiebat. In quid ualetis. ſi dominus uobis ptātem
in me dedit. ecce ego preſto ſum. deuorate conceſſum. Sin uero nō
poteſtis. cur fruſtra nitimini? ſignū enim nobis crucis et fides ad
dominū inexpugnabilis uirtus eſt. Multa contra eum minātes
fremebant dentibus ſuis. q̄ nullus temptamēta eoꝝ ſequeretur ef
fectus. ſed maxime econtrario irrigueret illuſio. Non oblitus JHS
colluctaciones ſerui ſui eidem protector eſt factus. Denique cū eleua
ret oculos uidit deſuper culmen aperiri et deductis tenebris radium
lucis ad ſe influere. Poſt cuius ſplendoris aduentū nec demonū ali
quis apparuit et corporis dolor extimplo deletus eſt. Edificiū quo
q̄ quod paulo ante diſſolutum fuerat reſtitutū eſt. Illico preſenciam
dn̄i intellexit Anthonius. et intimo pectore trahens longa ſuſpiri
a. ad lumen quod ei apparuerat loquebatur. Vbi eras JHV bone
ubi eras? quare non a principio affuiſti ut ſanares uulnera mea?
Et uox ad eum facta eſt. Anthoni. hic eram ſed expectabam uide
re certamen tuum. nunc autem quia dimicando uiriliter non reſ
ſiſti ſemper auxiliabor tibi et faciam te in omni orbe nominari.
His auditis exurgens in tantū roboratus orabat. ut intelligeret
plus ſe recepiſſe tunc uiriū q̄ ante pdiderat. Erat autē Anthoni
us tunc natus triginta et quinque annoꝝ. Ex hinc cum uolūtate
prompta per merita religioſa ſuccreſceret. uadens ad ſupradictū
ſenem precabatur ut in deſerto habitarent pariter. Cauſante illo
ſenile euū et rerum nouitatem. ſolus conſcendit ad montem. et he
remi adhuc monachis ignotam rupto metu viam conatus eſt
pandere. Sed nec tunc ceſſauit infatigabilis aduerſarius. Nam
impedire eius ꝓpoſitum uolens argenteum diſcum in itinere pro
iecit. quo uiſo Anthonius callidi artificis agnouit eē aſtuciam.
Stans q̄ intrepidus et diſcum toruis intuens oculis. doli auctorē

in fantaſmate obiurgabat argenti · talia ſecum reputans. Unde hic
in deſerto diſcus? auiū iter eſt hic · nulla ſunt ueſtigia cōmeantiū
lapſus de ſarcina pre magnitudine latere non potuit · ſed qui ꝑdi
derat reuerſus ob ſolitudinem locorū īueniſſet profecto qđ ruerat ·
Hoc artificiū diabole tuum eſt · non impedies uoluntatem meā · ar
gentū tuum tecū ſit in perditionem · Hec illo dicente diſcus ut fu
mus a facie ignis euanuit. Dehinc non ut ante fantaſiam · ſed inge
tem maſſam auri iacentem in itinere conſpexit · Verum hanc utrū
diabolus ſimulauerit · an ad Anthonium comꝓbandum quia nec
ueris opibus ineſcaretur · uirtus celeſtis oſtenderit ignoratur · hoc
tantū agnouimus · quia quod uiſum eſt aurum fuit · At ille mag
nitudinem admiratus radiantis metalli rapido curſu quaſi quod
dam uitaret incendium ad montē uſq; ꝑrexit · ibiq; flumine tranſ
uadato īuenit caſtellum deſertum plenū ob tempus et ſolitudinē
uenenatorū animaliū in quo ſe conſtituens nouus hoſpes habita
uit · Statimq; ad eius aduentum ingens turba ſerpentum quaſi ꝑ
ſecutorem paſſa profugit · at ille obſtructo lapidibus introitu · panes
menſuū ſex ut thebeis mos eſt ſecum recondens · nam tiebro per an
nū incorrupti durare ſolent · nec non et aque exiguū habens ſolita
rius ꝑdurabat · nuſq̄ inde procedens · nūq̄ aliquem ſuſcipiens · in tā
tum ut cum bis in anno per tectum panes deſuper acciperet · nullū
cum deferentibus haberet colloquiū · Multis igitur uidendi eū deſi
derio et ſtudio requirendi ante oſtiū eius ꝑnoctantib; audiebantur
ut uulgi uoces aduerſus Anthoniū tumultus q; dicentiū · Quid te
nr̄is ingeris habitaculis? quid tibi et deſerto? abſcede a finibus alienis
non potes nr̄as inſidias ſuſtinere · Et primo quidem qui foris erant
eſtimabant aliquos hoīes ſcalis appoſitis introiſſe ibiq; contendere ·
Poſtq̄ autem per cauernas introſpicientes nullum uiderūt · demones
contra eum intellexerūt contendere · et nimio metu territi Antho
nij auxiliū flagitabant · At ille oſtio ꝓpinquans ad conſolandos
fratres ne timerent atq; ut inde recederent p̄cabatur · trepidātibus
q; aſſerebat cunctis a demonib; incuti metum · ſignate uos īquiens.

et abire ſecum · iſtos q; ſemetipſos ſinite ludere · Itaq; illis reuertentibus
hic remanebat illeſus nec vnq; in certamine laſſabatur · Attendenti
um enim augmenta profectuū uel debilitas repugnanciū · maximū
contencioni leuamen addiderat et animo conſtanciam ſuggerebat ·
Rurſumq; ad heremū uenientib; turbis que iam mortuū eum ſe
exiſtimauerant repturos · ille pſallebat intrinſecus Exurgat deus et
diſſipentur īimici eius et fugiant qui oderūt eum a facie eius · Vt
fumus minuitur deficiant · ut liqueſcit cera a facie ignis · ſic pere
ant peccatores a facie dei · Et iterū · Omnes gentes circumdederunt
me · et in nomine domini uindicaui in eos · Sic annis uiginti ſoli
tarie tranſactis · atq; ab hoīm ſegregatus aſpectib; ꝑdurauit · Cum
multoꝝ eius [at' et] ꝓpoſitum imitari cupienciū et notoꝝ ad eum multitu
do concurrerēt · necnō et parentū infinita ſe caterua glomeraret · tan
dem pene iam foribus euulſis quaſi ex aliquo celeſti aditu conſecrat;
apparuit · Obſtupuerūt vniūſi et oris graciam et corporis dignita
tem · qd' nec per quietem intumuerat · nec ieiunijs demonūq; certa
mine macies faciem et pallor obſederat · Sed econtrario quaſi nich
il temporis exegiſſet antiquū membroꝝ decus pſeuerabat · Porro
quanta miracula · que in illo animi puritas fuit · nūq; hilaritate
nimia reſolutus in riſum eſt · nūq; recordacōe pcti triſtia ora con
traxit · non magnis ſtupenciū ſe elatus eſt laudib; · Nichil in illo
indecens ſolitudo · nichil aſperū cotidiana cum hoſtibus bella con
tulerant · ſed temperata mens equali ad cuncta ferebatur examine
Plurimos igitur ab īmundis ſpiritibus et infirmitatib; uarijs
dei gracia per Anthoniū liberauit · Sermo eius ſale conditus
conſolabatur meſtos · docebat inſcios · concordabat iratos · omībus
ſuadens nichil amori xp̄i anteponendū · Ponebatq; ante oculos
bonoꝝ magnitudinē futuroꝝ et dei clemenciā · et beneficia referr
ebat indulta q; filio ſuo ꝓprio non pepercit · ſed pro nr̄a eum oīm
ſalute tradiderit · Nec mora plures audienciū ad humanarum
rerū contemptum hec eius ſuaſit oracio · et habitandi heremi
iſtud exordium fuit

Quid sane et in Arsenoitarum oppido gestum sit non tran-
sibo silencio. Nam cum fratres vellet invisere et rivulum
Nili qui corcodrillis et sevis fluminis bestiis plenus e-
rat transvadare esset necesse tam cum comitibus suis transiuit illesus
quam inde redijt incolumis. Rursusque in pristinis laboribus perseuerans
nouos antiquosque monachos pro etate uel tempore paterno mode-
rabatur affectu. Quadam autem die cum a congregatis fratribus
rogaretur ut hisdem institutoria largiretur precepta. cum prophetica
fiducia exaltans uocem aiebat. ad omnem quidem mandatorum
disciplinam scripturas posse sufficere. sed et hoc optimum fore si mu-
tuis se inuicem fratres sermonibus consolarentur. Et uos ergo inst-
ate ut patri referte que nostis et ego que per longam etatem consecutus
sum quasi filijs indicabo. Hoc sit autem primum cunctis in commune
mandatum nullum in arrepti propositi uigore debere lasescere sed qua-
si incipientem augere semper debere quod ceperit presertim cum hu-
mane uite spacia eternitati comparata breuissima sint. Ita exorsus
paululum siluit. Et admiratus dei nimiam largitatem rursus adiecit
dicens. In presenti hac uita equalia sunt pro rerum commutacione commerci-
a nec maiora recipit ab emente qui uendidit. Promissio autem uite
sempiterne uili precio comparatur. Scriptum est enim. Dies uite nostre
septuaginta anni. si autem multum octoginta. quicquid reliquum est labor
et dolor est. Quando ergo octoginta aut centum ut multum annis labo-
rantes in dei opere uixerimus. non pari tempore regnaturi sumus
in futuro. sed pro annis supradictis omnium nobis seculorum regna tribu-
entur. non terram hereditabimus sed celum. corpus quoque corruptum
relinquentes idipsum cum incorrupcione recipiemus. Ergo filioli non
uos aut tedium defatiget aut uane glorie delectet ambicio. non sunt
ergo condigne passiones huius temporis ad superuenturam gloriam que
reuelabitur in nobis. Nemo cum despexerit mundum reliquisse se
arbitretur ingencia quia omnis terra ad infinitatem comparata
celorum breuis ac parua est. Si ergo nec uniuerso orbi renunciantes
dignum aliquid habitaculis possumus compensare celestibus. sed uniuersi

q considerit. et statim intelliget paruis thesauris et parietib; uel mo
dici auri porcione contempta. nec gloriari se debere quasi magna di
miserit. nec tedere si parua sit recepturus. Vt enim contempnit ali
quis unā eream dragmā ad dragmas centū aureas conquirendas.
ita eciam qui tocius orbis dominiū dereliquit centuplum de melio
ribus premijs in sublimi sede pcipiet. Ad summū illud prospicē de
bemus q et si nr̄as uelimus retentare diuicias. lege mortis ab ipis
diuellimur īuiti ut in libro ecclesiastes scriptū est. Cur igitur non fa
ciamus de necessitate uirtutem. Cur non ad lucranda regna celestia
ultro relinquim9 quod lucis istius fine pdendum est. Nichil eorum
cure sit xpianis que secum auferre non possunt. Illud potius debe
mus expetere quod nos ducat ad celum. sapienciam scilicet et casti
tatem iusticiam uirtutem sensum puigilem. pauperū curam. fidem
in xpo robustam. animū ire uictorem. hospitalitatem. Hec sectan
tes mansionem nobis in terram quietoꝝ scdm̄ Euangeliū pparabim9
Consideremus dn̄i nos ee̅ seruos et seruitutem debere ei a quo crea
ti sumus. Vt ergo seruus preciū gracia famulatus presens ac fu
turū non contempnit imperiū. nec audet asserē q ex labore transac
to instantis operis habere debeat libertatē. sed iugi studio ut in euan
gelio scriptum est. eandem semper exhibet seruitutem ut et dn̄o pla
cere possit et ne metū lucretur et uerbera. sic et nos diuinis congruit
parere preceptis. scientes q equus ille retributor in quo quemq; īue
nerit in eo sit iudicaturus. qd̄ pphetica per Ezechielem uoce testat᷑
Nam et infelix iudas pp̄ter unius noctis impietatem omni pteri
ti temporis labore priuatus est. Idcirco tenendus est continuus insti
tuti rigor habentibus deum auxiliatorem. sicut scriptū est. quia oī
pponenti bonū et deus cooperatur. Ad terciam autē calcandam
Apli precepta replicemus quib; se mori cotidie testabatur. similit̄
et nos humane condicionis uitam ancipitem retractantes non
peccabimus. Cum enim excitati a sompno ad uesperam nos per
uenire dubitemus. et quieti corpa concedentes de lucis non confi
damus aduentu. et ubiq; natur ac uite incerte memores dei nos

intelligamus ꝓuidentia gubernari. Hoc modo non delinquem⁹
aut aliqua fragili cupiditate raptabimur. sed nec irascemur quidē
adūsus aliquem. nec terrenos ampliare thesauros ambiem⁹. quin
pocius metu cotidiani recessus et seiungendi corporis iugi expectati
one omnia caduca calcabimus. Cessabit mulierum amor. libidinis
extinguetur incendiū. inuicem nobis debita nr̄a donabimus. ante
oculos semper habentes ultime retribucōis aduentum. quia maior
formido et penarū timor horridus. simul et lubrice carnis incētiua
dissoluit et ruentem animā quasi ex aliqua rupe sustentat. Ideoq(ue)
precor ut ad finem ꝓpositi omni labore tendamus. nemo post tergū
respiciens Loth imitetur uxorem. presertim cum dominus dixerit
nullum ponentem manū super aratrum et respicientem retrorsum
dignum eē regno celorꝝ. Respicere autem retrorsum nichil est aliud
q̄ in eo penitere quod ceperis et mundanis rursus desiderijs obli
gari. Nolite queso uirtutes tamq̄ impossibile nomen pauere. nec pere
grinū nobis haud procul positum uideatur hoc studium quod ex nr̄o
pendet arbitrio. Huius operis homini inserta natura est et eius mo
di res est que nr̄am tantū expectat uoluntatem. Greci studia trans
marina sectentur. et in alieno orbe constitutos manū lrārꝝ querāt
magistros. nobis uero nulla proficiscendi. nulla transfretandi fluct⁹
necessitas iminet. in omni sede terrarꝝ constituta sunt regna celorꝝ.
Vnde et dominus ait. Regnū dei intra uos est. Virtus que in nob(is)
est mentē tantū requirit humanā. Cui enim dubiū est quia natura
lis anime puritas si nulla fuerit extrinsecus sorde polluta fons sit
et origo uirtutis? bonam eam necesse est creauerit bonus auctor
Et si forte cunctabimur. audiamus Jhesum filium Naue ꝓplo dicē
tem. Rectum facite cor vr̄m ad dn̄m deum Israhel. Nec Johānes dis
sonam tulit de uirtute sententiam. rectas predicans facite semitas
uīas. Siquidem hoc est rectam eē animā cum eius principalis
integritas nulla uiciorꝝ labe maculatur. Si naturam mutauerit
puersam tunc dicitur bona. si conditio seruetur et uirtus est. Ani
mā nr̄am cōmendauit nobis dn̄s. seruemus depositū quale accepi

mus. Nemo causari potest extrinsecus situm quod in se nascitur. Facturam suam qui fecit agnoscat. opus suum inueniat ut creauit. Sufficit nobis naturalis ornatus. non deturpes homo quod tibi largitio diuina concessit. opera dei immutare uelle polluere est. Illud eciam sollicite prouidere debemus ut tyrannicam ire superemus insaniam. quia scriptum est. Iracundia uiri iusticiam dei non operatur. Et iterum. Desiderium concupiscens parit peccatum. quo perfecto mors gignitur. Diuine preceptum uocis est. ut iugi custodia tueamur animum. quia exercitatos ad supplantandum habemus inimicos. demones scilicet. contra quos nobis secundum apostolicam contestacionem pugna sine federe est. Ait enim. Non est nobis colluctacio aduersus carnem et sanguinem. sed aduersus principatus huius mundi et aduersus spiritualia nequicie in celestibus. Ingens eorum turba per istum uolitat aerem. non procul a nobis hostium caterua discurrit. Et diuersitatem quidem eorum non est mee paruitatis exponere. sed hanc maioribus concedo racionem. Quod autem in promptu est et ignorare non expedit. dolos scilicet eorum aduersum nos positos breuiter indicabo. Hoc primum mentibus debemus affigere. nichil deum fecisse quod malum est. nec ab eius constitucione demonum cepisse principium. peruersitas ista non nature sed uoluntatis est uicium. boni etenim utpote a deo conditi. ex proprio mentis arbitrio ad terras ruere de celis. ibique in ceni sordibus uolutati. gentilitatis impias instituere culturas. et nostri torquentur inuidia atque uniuersa mala commouere non cessant. ne pristinis eorum sedibus succedamus. Diuersa autem eorum et partita nequicia est. Quidam enim ad summum nocendi uerticem peruenere. alii ex comparacione peiorum uidentur esse leuiores atque omnes pro possibilitate uirium diuisi contra singulas causas sumpsere certamina. Idcirco necessarium est donum spirituum discernendorum a domino petere. ut possimus tam fraudes eorum quam studia perpendentes aduersus disparem pugnam unum dominice crucis eleuare uexillum. Hoc munere Paulus accepto docebat dicens. Non enim eius ignoramus astucias. Ad cuius exemplum eciam nos oportet

ex his que passi sumus mutuis nos inuicem instituere sermonibus. Hostile illis contra omnes christianos maxime uero contra monachos et uirgines christi odium est. eorum semitis laqueos pretendunt eorum mentes impiis atque obscenis cogitationibus nituntur euertere. Sed nichil uobis in hoc terroris incuciant. a fidelibus enim oratione et ieiuniis ad dominum statim corruunt. Nec tamen si paululum cessauerint plenam putetis prorsus esse uictoriam. solent enim saucii grauius assurgere et mutata arte pugnandi cum in cogitationibus nichil egerint pauoribus terrent. assumentes nunc mulierum nunc bestiarum et serpentium formas nec non ingentia quedam corpora et usque ad tectum porrectum caput. infinitas species et militum cateruas. Que omnia ad primum quoque crucis signum euanescunt. His quoque agnitis fallaciarum modis incipiunt presagare et futurorum dierum euentus uelle predicere. Cumque et in his contempti fuerint. ipsum iam sue nequitie principem ac totius mali summitatem ad subsidium sui certaminis uocant.

Crebro denique Anthonius a se uisum diabolum asserebat qualem et Iob beatus domino reuelante cognouerat. Oculi eius tamquam luciferi et ex ore eius procedunt lampades incense. Crines quoque incendii sparguntur et ex naribus eius fumus egreditur quasi fornacis estuantis ardore carbonum. Anima eius ut pruna. flamma uero ex ore eius glomeratur. Cum huiusmodi terroribus uisus est demonum princeps inquit Anthonio et ingentia sepe ut dixi promittens impietatis sue. non fuerat a se lingua magniloqua de qua dominus triumphauit ad Iob dicens. Arbitratur enim ferrum ut paleas et eramentum ut lignum putridum. mare ut terram. tartarum profundum tamquam captiuum estimauit. abissum ut deambulatorium. per prophetam autem increpat dicens. Persequens comprehendam et omnem orbem terrarum manu mea ut nidum obtinebo et ut oua derelicta auferam. Sic iniquus funereas euomens uoces bene uiuentium aliquos frequenter illaqueat. Sed nos nec pollicitationibus eius credere nec minas formidare debemus. fallit enim fre-

quenter nichil q̄ uerū promittit. Nam si non mendacia cuncta lo
quuntur quomō talia et tam infinita promittens. Hamo crucis ut
draco aduncatus a dnō est et capistro ligatus ut iumentū. et q̄si
mancipiū fugitiuū uinctus circulo et armilla labia pforatus nullū
oīno fideliū deuorare pmittitur. Nunc miserabilis ut passer ad lu
dum irretitus a xpō est. nunc comites suos quasi scorpiones et ser
pentes calcaneo xpianoꝝ substratus gemit. Ille qui uniuersa ma
ria a se deleta plaudebat. ille qui orbem terraꝝ manu sua tenere
pollicebatur. ecce a nobis uincitur. ecce me aduersum se phibere nō
potest disputantem. Contempnenda est filioli penitus cum inani
bus uerbis supba iactacio. Fulgur ille qui lucere se simulat non
ueri splendor est luminis. sed quibus arsurus est indicat flammis
Nam dicto cicius recedens. suaꝝ secum refert simulachra penaꝝ
Solent etiam cum modulatione non apparentes psallere. Proh
nefas. Adhuc et impuro ore sacra scripturaꝝ eloquia medi
tantur. Frequenter legentibus nobis quasi echo ad ext̄ma uerba re
spondent. Dormientes quoq; excitant ad orandum ut tocius noctis
sompnū eripiant. Plerosq; etiam in monachorū nobiliū habitu co
herent et pristina quibus conscii sunt pctā imputant. Sed sperne
de sunt eoꝝ increpaciones et admoniciones ieiunandi uigiliarum
quoq; fraudulenta suggestio. Ob id enim familiares nobis species
assumunt ut affinitate uirtutū nocentes facilius uirus interserāt et
inocentes quosq; per speciem honestatis eludant. Impossibile postea
diuturnuq; hoc studium predicant. ut dum onerosum eē uidet quod
ceptū est. ex desperatione tedium et ex tedio succedat ignauia. Ideo
propha missus a dnō luctuosā denūcians sublimi uoce dicebat. Ve
illi qui potat proximū suum subuersione turbida. Huiusmodi enī
exhortamēta desperatoria sunt itineris quod ducit ad celum. Ideo
cum uenisset ad terras dns et uera de eo demones muti predicarent
Vere enim dicebant. tu es xps filius dei uiui. qui uociferancium
ora claudebat. qui uinctas hoīm linguas soluebat. ne cum sermone
ueri puersitatis uenena miscerent. et ut nos eius exemplo etiā si

profutura suaderent

profutum suaderent· in nullo his comodaremus assensum· quia p
fecto non congruit post libertatem a dn̄o concessam· et scripturarum
precepta uitalia· a diabolo uiuendi capere consilia· qui suū deserēs
ordinem sacrū xp̄i temerauit Impium· Propterea etiam dn̄s eum de
scripturis loquentem iubebat tacere· quia peccōri dicit dn̄s· Quare tu
enarras iustitias meas et assumis testamentū meum per os tuū·
Omnīa demones simulant· colloquūtur sepe cum fratribȝ· sepe cū tur
ba inconditos excitant sonitus· Manus apprehendūt· sibilant insi
pienter cachinnant· ut uel in puncto peccati xp̄ianū pectus intrēt
Cumqȝ ab uniuersis fuerint repulsi· ad extremū debilitatē suam
lamētatione testantur· Et dominus quidem quasi deus et sue conscius
maiestatis obmutescere his imparabat· Nos autem scōrum uestigiis in
herentes eadem gradiamur uia· qui memoratas subtilius fallaci
as prudentes cauebant· Cum consisteret aduersum me peccātor· ob
mutui et humiliatus sum et silui a bonis· Et iterū Ego uero tamqȝ
surdus non audiebam et sicut mutus non aperiens os suum· fac
tus sum ut homo non audiens· Xp̄us silentiū imperauit ut dn̄s
nos diabolo nichil credamus et uincemus· Si orare compellunt
si ieiunia suadent· non ex eorum nos monitis· sed ex nr̄a consuetudi
ne dirigamus· Deniqȝ etiam si irruentes mortem nobis intentare
uideantur· irridendi sunt potius q̄ timendi· quia cum sint debiles
minantur cuncta nec faciunt· Et quidem de istis iam transitorie
dixisse me memini· attamen eadem nūc explicanda sunt latius
quia non mediocrem affert repetitio cautelam· Adueniente dn̄o
destructus est inimicus et omne eius penitus robur elanguit· Propter
quod pristine uirtutis memor quasi tyrannus iam senescens· cū
ruisse se uideat· in pniciem grassatur humanam· nec tamē potest
firmū deo pectus cogitationū et ceterarum fraudiū arte puertē· Nā
luce clarius est· quia aduersarii nr̄i cum nec humana carne sint
septi ut causari ualeant· idcirco nos a se non posse supari quia clau
so hostio introire non ualeant· Et reuera si fuissent hoc fragili cor
pore colligati· obseruato introitu hisdem negaretur accessus· Cum

autem ut diximus hoc impedimento sint liberi et obstructa penetret
atque in omni licenter uolitent aere. manifestum est ob eneruationem eo
rum permanere corpus ecclesie illesum. Denique satellites impii cum principe
suo diabolo quem saluator in Euangelio homicidam et patrem ma
litie ab initio fuisse firmabat nobis aduersum se dimicantibus fortiter
nullomodo cessissent. si potestas eorum non fuisset ablata. nam si menti
or. cur nobis sathana parcis qui ubique discurris. Cur qui nullo clau
deris loco aduersum te uiuentium et disputantium non potes labefac
tare constantiam. Sed fortasse nos diligis quos cotidie conaris obru
ere. aut credibile est te esse bonitatis magistrum et fauere magis opti
mis quam nocere. et quid tam carum tibi potest esse quam ledere. maxime eos
qui tuis sceleribus uiriliter repugnant. secundum quod scriptum est. quia
abhominatio est pietas peccatori. Cuius tam fecundum ad malitiam
possidet pectus. quis tam meditatas implere conatur insidias. Sci
mus impurissimum cadauer. scimus quia idcirco uiuimus christiani et
contra te nobis est secura congressio. quia infirmatus es a domino. Ideo
de tuis confoderis iaculis quia minationem non sequitur effectus. Quod
si fallimur. cur non terrore simulato cur non magnitudine corporum
nostram aggrederis fidem. Si uoluntatem sequeretur possibilitas. tantum
tibi uelle sufficiat. Is enim potentie mos est. non extranea fallacie
argumenta conquirere sed sua uirtute complere quod cupiat. At nunc
ubi theatrali mutatione formarum quasi ludere infantiam scenice
niteris simulatione deludere. exhaustas uires manifestius probas. Num
quidnam uerus ille angelus contra Assyrios missus a domino aut po
pulorum eguit societate aut sonitus quesiuit aut plausus. et non po
tius tacitam exercens potestatem centum octoginta quinque milia hosti
um sermone uelocius iuxta iubentis domini prostrauit imperium.
Vos ergo cum fragiles sitis uiribus perpetuus uos consequitur inte
ritus. An dicet aliquis. Cur ergo diabolus egrediens beati Job om
nem in ruinam impulit domum. cur eius opibus penitus dissipatis
parietum quoque fundamenta subuertens unum numerose sobolis co
aceruauit sepulchrum. cur ipsum ad extremum diri uulneris nouitate

peruſſit: Qui hoc opponit audiat e diuerſo non diabolū potuiſſe
hoc ſed dn̄m · a quo poteſtas aduerſum nos dupliciter datur · uel ad
graciam ſi probamur · uel ad penam ſi delinquim⁹ · quin pocius ex h̄
aīaduertat nec contra unū quidem hoīem diabolum quicq̄ potuiſſe
ſi non poteſtatem accepiſſet a dn̄o · Nullus enim quod ſue dicionis
eſt ab alio deprecatur / ſed quid Job memoro · quem nec expetitum
potuit uincere · ſed nec contra iumēta quidem eius et contra oues
ſuas in Euangelio ſine conceſſiōne dei ꝓprium robur exercuit ſic
ſcriptū eſt · Demones autem rogabant eum dicentes · Si eicis nos mit
te nos in gregem porcoꝝ · Quēadmodum igitur qui porcoꝝ expetiūt
mortes · ymaginē dei hoīem et tam carū conditori animal · ſuo uale
bunt iure peruertere: · Magna dulciſſimi aduerſus demonē arma ſūt
uita ſincera et intemerata ad deum fides · Credite exp̄to · ꝑtimeſcit
ſathanas recte uiuenciū uigilias · oraciones · ieiunia · manſuetudinem ·
uoluntariā paup̄tatem · uane glorie contemptū · humilitatē · miſe͛diam
ire dominatū · et precipue purū erga xp̄m amorē · Nouit teterrimus
coluber ex p̄cepto dn̄i ſub iuſtoꝝ ſe iacere ueſtigiis · qui ait · Ecce dedi
uobis calcandi p̄tatem ſuper ſerpentes et ſcorpiones et ſuper omnem
uirtutem inimici · Sin autem et diuinacionem ſe habere ſimulātes
uenturos fratres nunciauerint et affuerint quos uenire predixerint ·
nec ſic fides eſt comodanda mendacibus · Ob id enim p̄ceſſere uenien
tes · ut credulitas ſibi pararetur ex nuncio · et poſtea aditus ex credu
litate fallacie · Verū in hoc nullum xp̄iano debet ēē miraculū · cum
non tantū qui leuitate nature per cuncta diſcurrūt ualeant p̄ueni
re gradientes · ſed homines quoqꝫ equorū uelocitate p̄uecti nunciāt
affuturos · Non enim ea que nondū fieri cepta ſunt referūt · quia dn̄s
ſolus conſcius eſt futurorū · ſed quorū conſpiciūt in actu iniciū · eoꝝ
ſibi tamq̄ fures apud ignaros uendicant notionem · Nam quantos
nunc putatis qui poſſint uelocitate pueri iſtum cetum nr̄oſqꝫ
ſermones contra ſe ante relatum alicui⁹ hic poſiti · longe manētibus
indicare: Quod dico · his ꝑſpicuū fieri poteſt exemplis · Si quis ex
Thebaide aut alicuius regionis opido ceperit proficiſci · et hunc

demones in itinere uiderint ambulantem ꝑnicitate memorata poſ
ſunt predicē uenientē· ita et de Nili inundacōe ſollempni cum mł
tas in Ethiopia uiderint pluuias e quibus fluuius intumeſcens
ultra alueū effluere conſueuit ꝑturientes ad Egiptū nunciant
·Amplius aduentū· Hoc autem et hoīes ſi celeritatis eēt tanta na
tura facile nūciarent· Vt enī ſpeculator beati Dauid ad uerticem
loci celſioris aſcendens prior q̄ hic qui in terra erat ꝓſpiciens ue
nientes non quedam incerta de futuris· ſed his qui uenire ceperant
nūciabat· Sic et demones cura ꝑuigili om̄ia conſiderantes rapido
ſibi īuicem nūciant curſu· Sed ſi forte contigerit ut dei nutu ad finē
cepta non ueniant· hoc eſt· ſi aut uiator e media regrediatur uia aut
ſuſpenſe nubibus aque ad altū celi cardinem deferantur· tū decipien
ciū una cum credentibus error aperitur· Hec gentilitatis fuē princi
pia his preſagatorꝝ dolis apud delubra demonū quondā credebant
oracula que in aduentu dn̄i nr̄i JHV xpi indicto ſilencio obmutue
rūt ſuoſq; ꝑdidere captiuos· Quis rogo aut medicū ex obſeruacio
ne morborū cum anime eſtuantis incendiū de uenarū pulſu leui
digitorū ſcrutatur attactu· diuinā arbitratur habere noticiā· Quis
gubernatorem nauigacōis ſue uiam inter celi ſydera requirentē ma
ieſtatis honore ueneratur· Quis agricolam de aridis eſtatis feruōi
bus aut de hiemali aquarꝝ largitate uel frigore diſputantē· nō po
cius expicia laudat q̄ dei conſecrat nomine· Verū ut concedamus
pauliſꝑ ſi uera demones nūciarent· reſpondere michi· quis fructꝰ
eſt noſſe uenientia· nūquid aut ſciens hoc aliquando laudatus· aͭ
punitus eſt neſciens· In hoc unuſquiſq; ſibi ꝓparat ſeu tormenta
ſeu gloriam· ſi uel negligat ſcripturarꝝ mandata uel faciat· Nullus
ob id xp̄m hanc arripuit uiam ut habeat preſciām futurorꝝ· ſed
ut p̄ceptis dn̄i obediens amicus eē incipiat de ſeruo· Curandū eſt
non preſcire que ueniant ſed implere que iuſſa ſunt· nec inſtitucōi
bus hanc flagitare mercedem cum magis debeamus uictoriam
contra dyabolum ab auxiliatore dn̄o poſtulare· Sed ſi forte ali
quis hoc libenter aſſumit ut futura cognoſcat· habeat purū cor·

quia credo animã deo seruientẽ si in ea pseuerauerit integritate q̃
nata est plus scire posse q̃ demones. Talis erat anima Helisei que
aliis incognitas uirtutes uidebat. Nunc iam ceteras uobis demo
nũ explicabo fallacias. Solent nocte uenientes angelos dei se fin
gere. laudare studiũ. mirari pseuerantiã. futura premia polliceri.
quos cum uideritis tam uos q̃ domos uĩas crucis armate signa
culo et confestim dissoluentur in nichilũ quia metuũt illud tro
pheum in quo Saluator nr̃ aereas expolians uirtutes eas fecit os
tentui. Solent etiam uariis saltatoribus mẽbra torquere et mĩs p
caciter offerre se uisibus ut mentem pauore corpus horrore concu
tiant. Sed et in hoc fides deo tuta fugat eos quasi infirma ludibria
Non est autem difficilis bonorũ spirituũ malorũq; discrecio. que sic
deo tribuente panditur. Scõꝝ angeloꝝ amabilis et tranquillus as
spectus est quia non contendũt neq; clamabũt neq; aliquis audiet
uocem eoꝝ. uerũ tacite leniterq; operantes gaudiũ et exultationem
fiduciamq; pectoribꝫ infundunt. siquidem cum illis est dñs qui fons
est et origo leticie. tunc mens ur̃a non turbida. sed lenis et placida
angeloꝝ luce radiatur. Tunc anima celestiũ premioꝝ auiditate
flagrans effracto si posset humani corpis domicilio et mẽbris ex
onerata mortalibus cum his quos uidet abire festinat ad celũ. Hoꝝ
tanta benignitas est. ut si quis pro condicione fragilitatis humae
miro fuerit eoꝝ fulgore pterritus. omnẽ continuo ex corde auferũt
metũ. Ita Gabriel cum Zacharie loquẽtur in templo. et angeli cum
diuinũ uirginis partũ nũciarent pastoribus. et qui dominici cor
poris agebant excubias. securis uidenciũ se mentibus ostendentes
ne metuerent imperabant. Metus enĩ non tantũ ex pauore animi
q̃tũ et ex magnarũ rerũ sepe concutit aspectu. Pessimorũ uero
uultus truces. sonitus horrendi. sordidi cogitatus. plausus motus
q̃ adolescenciũ uel latronũ. E quibus confestim timor anime sen
sibus torpor incutitur. odium xp̃ianoꝝ. monachoꝝ meror et te
diũ suoꝝ recordacio. metus mortis. cupido nequicie. lassitudo uir
tutis. cordis ebetacio. Si igitur post timorem horrore conceptũ

ſucceſſerit gaudium· et ad deum fiducia atq; ineffabilis caritatis ue
niſſe ſciamus auxilium· quia ſecuritas anime pn̄tis maieſtatis in
dicium eſt· Sic namq; et Abraham pr̄iarcha uidens deū gauiſ9
eſt· et Johannes cum Mariam ſup̄ueniſſe ſentiret· que in ſacri ue
ntris hoſpicio uniuerſitatis geſtabat parentem exultauit necdū na
tus in gaudium· Sin autem incuſſa formido p̄manſerit hoſtis ē
qui uidetur q̄m nec refouere nouit· ut Gabriel pauentē uirginem
ne timeat iubet· ſicuti paſtores nuncii conſolati ſūt· qui p̄mo pa
uorem duplicat et uſq; ad profundam impietatis foueam ut ſibi
hoīes proſternantur impellit· Exin miſera gentilitas diuīe īt̄dic
tionis ignara falſo demones deos opinata eſt· Xp̄ianorū autē p̄plos
his fallaciis irretiri non paſſus eſt dn̄s· qui diabolum in Euangelio
audacter ſibi principatū omniū p̄ſumentē reppulit dicens· Vade
Sathana ſcriptum eſt enī· Dn̄m deum tuū adorabis et illi ſeruies
Horū uerborū etiam nobis eſt licencia tributa· quia idcirco locut9
eſt talia· ut ſimilitudo temptamentorū auctoris nr̄i frangeret eloq
is· Illud quoq; mei cariſſimi admoneo ut uite magis ſit uobis q̄
ſignorū ſollicitudo· Nullus ex uobis hec faciens aut ipſe ſup̄bia intu
meſcat aut deſpiciat eos qui facere non poſſunt· Conuerſationem
magis ſcrutamini ſingulorū· in hac et imitari uos que p̄fecta ſunt
conuenit et implere que deſunt· Nam ſigna facere non eſt nr̄e par
uitatis· ſed dn̄i p̄tatis qui ad diſcipulos gloriantes in Euangelio ait
Ne gaudeatis quia demones uobis ſubiecti ſint· ſed q̄ nomina ur̄a
ſcripta ſunt in celis· Nominū uero in libro uite conſcriptio teſtīo
nium eſt uirtutis et meriti· expulſio autem Sathane largicio Sal
uatoris eſt· Vnde his qui non in uite laboribus ſed in p̄digiis ex
ultabūt dicentibus· nōne in tuo noīe demonia eiecimus· et in tuo
noīe uirtutes multas fecimus· reſpondebit dn̄s· Amen dico uobis
non noui uos· diſcedite a me operarij iniquitatis· Non enī nouit
dn̄s uias impiorū· Hoc ergo magnop̄e poſtulemus ut donum
ſpirituū diſcernendorū mereamur accip̄e· quo ſcdm̄ ſentenciā ſcp̄
turarū omni ſpiritui nō credamus· Volueram quidē iam finire

ſermonem. et ſilentio premē quecūq; mee acciderant puitati. ſed ne
putetis fruſtra me cōmemoraſſe que euenire non poſſent. idcirco li
cet inſipiens fiam tamē dn̄s qui eſt ſecrete mentis inſpector nouit
non me cauſa iactantie ſed uri gr̄a profectus hoc facē. pauca repli
cabo de plimis. Quotiens me nimijs laudibus efferre conati ſūt
cū a me in noīe dn̄i maledicta reciperent. Quotiens augmēti Ni
li fluminis futura dixerūt. cū a me audirēt. et hoc ad urām quid
ptinet curam? Quotiens minitantes ut milites armati ſcorpioī
bus. equis beluis et uarijs ſerpentib; circumdederūt me. et domū
in qua eram repleuerūt. cū ego contra pſallerē. Hij in curribꝫ et hij
in equis nos autē in nomīe dn̄i dei nr̄i magnificabimur. et ſta
tim xp̄i miſcd̄ia fugarentur. Quodam tempe cum ingenti ueni
entes luce dixerunt. Venimꝰ Anthoni nr̄m tibi prebere fulgorem.
Et ego clauſis oculis quia lucē diaboli dedignabar aſpicē. orabā. et
dicto citius impiorꝝ lumē extinguebatur. Poſt menſes aūt paucos
cum me coram pſallerent. et de ſcripturis ſibimet ſermocinarentur
tanq̄ ſurdus non audiebam. Cōmouerūt aliquando monaſteriū me
um. et ego mente īmobili dn̄m deprecabar. Sepe ſtrepitus. ſepe ſalta
tiones. ſepe ſibilos ingeſſerūt. et me pſallente ſonus eorꝝ in uoces
flebiles uertebatur

Creditis ne filioli que dicturus ſum? Vidi aliquando diabo
lum celſum corpe qui ſe dei uirtutē et prudenciā auſus eſt
dicere. et ait ad me. Quid uis ut a me tibi donetur Anthoni? At
ego ſputaculū maximū in os eius ingeminans totū me in eū xp̄i
noīe armatus ingeſſi. Et ſtatim ille procerus aſpectus inter medi
as manus exoleuit. Ieiunanti etiam michi uiſus eſt ut monachꝰ
et panes offerens his ſermonibus ſuadebat ut ueſcerer ut huic a
liquid indulgerē corpuſculo. Et tu inquit homo es et humana fra
gilitate circumdaris. labor paululū conquieſcat ne egritudo ſubripi
at. Ilico liuidam faciem ſerpentis agnoui. et cum ad conſueta xp̄i
munimenta confugerem. tanq̄ per feneſtram fumus laberetꝰ euanu
it. Auri quoq; decipulam michi in deſerto frequēter tetendit. quod

ideo offerebat ut aut uisu irretiret me aut tactu uapularet. Nam sepe me a demonibus non denego uerberatum. Canebam sic: nullus me separabit a caritate xpi. Ad cuius uocis auditum in se inuicem defurentes non meo sed dni fugabantur imperio qui ait: Vidi Sathanan quasi fulgur cadentem de celo. Hec ergo filioli aplici memor eloquij in me transformaui ut propositum uiuerem nec demonum terror nec aliqua lassitudo dissolueret. Sed quoniam ob urām utilitatem multa memorando insipiens factus sum et huius rei uobis impertire cupio notionem quam ueram esse nullus ambigat audientium. Pulsauit aliquando monasterij ostium egrediens uideo hominem enormi sublimitate porrectum caput usque ad celum. Cum ab hoc quisnam esset inquirerem ait: Ego sum Sathanas. Et ego: Quid inquam hic queris? Respondit: Cur michi frustra imputant monachi? cur michi xpianorum omnes populi maledicunt? Et ego: Iuste faciunt. tuis enim frequenter molestantur insidijs. At ille ait: Nichil ego facio sed ipsi se inuicem turbant. nam ego miserabilis factus sum. rogo nonne legistis: quia defecerunt inimici framee in finem et ciuitates eorum destruxisti? nullum iam habeo locum nullam possideo ciuitatem. iam michi nulla sunt arma. per omnes naciones ciuitates que prouincias xpi personet nomen. Solitudines ipse monachorum stipantur choris. Ipsi queso se tueantur et me sine causa non lacerent. Tum ego dei graciam cum alacritate miratus sic ad eum locutus sum: Non tue ueritati que nulla est tam nouam et tam inauditam ascribo sentenciam. nam cum fallacie caput sis hoc sine mendacio coactus es confiteri. Vere enim IHS tuas funditus subruit uires et honore nudatus angelico uolutaris in sordibus. Vix dum uerba compleueram et ille sublimis aspectu Saluatoris nominatione deiectus est.

Que ergo iam o filioli poterit residere cunctatio que trepidacio manebit ulterius? Quis nos poterit turbo conuellere? Secure sint anime singulorum. non sibi fingat uana cogitacio uana discrimina. non aliquis timeat a diabolo sublatum ad precipicia se posse deferri. Pellatur omnis anxietas. Dns enim qui illos prostrauit inimicos manens ut promisit in nobis. a uarijs nos Sathane muniuit in

curſibus· In ipſe diabolus qui hmōi cum ſuis ſatellitibus exercet aſtuci
as nichil ſe poſſe contra xpianos fatetur· Iam cur xpianorū et mo
nachorū ſit· ne per eorꝫ inerciā uires demonibus prebeant̃· Nam
quales nos et nr̃as repperit cogitacões· tales ſe nobis preſtare con
ſueuerūt· Et ſi quid in pectoribus male mentis et pauoris ſemē in
uenerint· quaſi latrones qui deſerta obſident loca· ceptos cumulant
timores et crudeliter īminentes infelicē puniūt animā· Si autem
alacres fuimus in dn̄o et futurorꝫ bonorꝫ nos cupido ſuccenderit· ſi
ſemper omīa in manib; dei cōmittamus· nullus demonū ad expug
nandū ualebit accedere· Magis autē cum munita in xp̄o corda con
ſpexerint confuſi reuertentur· Ita et Iob firmatū in dn̄o diabolus
refugit et infeliciſſimū Iudam expoliatū fide uinculis captiuitatis
īnexuit· Una eſt igitur racio uincendi īimicū· leticia ſp̄ualis et ãīme
dn̄m ſemper cogitantis iugis recordacio· que demonū ludos quaſi
fumū expellens pſequetur adu̾ſarios potius q̄ timebit· Non eſt ne
ſcius Sathanas ignium futurorꝫ et eſtuantis gehēne copioſa nouit
incendia· Sed ut mea iam claudatur oracio illud in fine cōmemoro
Cum aliqua ſe uobis obtulerit uiſio· audacter requirite qui ſit ille et
unde qui uenerit· ac ſine mora ſi ſctōrꝫ fuerit reuelatio· angelica con
ſolatione timor uertetur in gaudiū· Si uero diaboli fuerit oblata
temptacio fidelis anime pcunctacōib; euaneſcit· quia maximū eſt
ſecuritatis indiciū· interrogare quiſnã eſt et unde· Sic et Naue filio
auxiliatorem ſuū interrogando cognouit· nec Danielem pcunctantem
latere potuit īimicus· Poſtq̄ Anthonius dicendi finem fecit letan
tib; cunctis· in alijs uirtutis cupido exardeſcebat· in alijs infirma re
fouebatur fides· ex aliorꝫ mentib; falſe opiniones pellebant̃· ex aliorꝫ
ſenſibus inaniū terrorꝫ pellebatur attenſio· Simulq; uniuerſi cum
iam demonū inſidias contempſerent mirabant̃ in Anthonio tantā
grãm ſpirituū diſcernendorꝫ quam dn̄o tribuente pceperat

ERant igitur in monte monaſteria tanq̄ tabernacula plena
diuinis choris pſallenciū legenciū orantiū· Tantūq; ieiunā
di et uigiliarꝫ ardorem cunctorꝫ mentibus ſermo eius afflauerat

ut futura ſpei auiditate ad caritatem mutuã et miſc̃dias indigentib9
exhibendas iugi ſtudio laborarent· qui infinitam regionẽ quandã
et oppidũ a mundana conuerſacione ſeiunctũ plenũ pietatis atq;
iuſticie uidebantur incolere· Quis tantũ monachorꝝ agmen aſ
piciens· quis uirilem illũ concordie cetũ cernens· in quo nullus no
cens· nulla detractio ſuſurronis· ſed multitudo abſtinenciũ· et certa
men officiũ erat· non in hanc ſtatim erumpet uocem· Q̃ bone do
mus tue Iacob· tabernacula tua iſrl'· tanq̃ nemora obumbrancia
tanq̃ paradyſus ſuper fluuios· tanq̃ tabnacula que fixa ſũt a dño
tanq̃ cedri circa aquas. Dum hec ita gerentur quibus indies bte
uite ſtudiũ creſceret Anthonius manſionũ in celo poſitarꝝ recordãs
et pñtis uite deſpiciens inanitatem quaſi parua cẽnt quecũq; iam
geſſerat ſeparatus a fratribus inſtituebatur· Cumq; eum ſiue cibũ
ſiue ſompnũ indulgere corpuſculo aut alias nature neceſſitates co
gerent humana conſectacio miro afficiebatur pudore q᷑ tantã aĩme
libertatem modici carnis termini coherceret· Nam frequenter cũ
fr̃ibus ſedens a cibo qui fuerat appoſitus memoria eſce ſpũalis abſ
trahebatur· edebat tamen utpote homo ſepe ſolus· ſepe cũ fratribus·
Et cũ hec mira ut predixi ageret· cum confuſione anime· adhiben
dam magnopere corpi diligenciam pſuadebat dicens· nec corpus eẽ
penitus enecandum· ne operacio contra uoluntatẽ creatoris diſſol
ueret· et ob id omne ſtudiũ anime conferendũ ne uiciis ſupata cor
poris ad eternas inferni tenebras truderetur· quĩ pmo indultũ ſibi
ppter alteros in carne imperiũ· uindicans domiciliũ ſuũ· ut Aplſ ſau
lus ad celũ tertiũ ſubleuaret· Aſſerebatq; hoc eẽ a Saluatore pceptũ
in quo ait· Nolite ſolliciti eẽ anime quid manducetis· nec corpori qđ
ueſtiamini· et ne queſieritis quid manducetis aut quid bibatis q̃a
hec gentes querũt· Veſter autem pater nouit q᷑ indigetis his oĩb9·
querite ergo primũ regnũ dei et iuſticiam eius et hec omnia adici
entur uobis. Hiis rebus tranſactis· cum pſecucio impiiſſimi Max
imiani furore ueſano uaſtaret eccliam· ſcis martirib9 Alexandriã
pductis relicto et ipſe monaſterio ſecutus eſt futuras xpi uictimas

dicens· Pergamus ad gl'oſos fratrũ triũphos ut aut ipi congredia
mur aut ſpectemus alios prliantes· Et amore quidem iam martyr
erat· Sed cũ tradere ſe ultro non ualeret et ſociari confeſſorib' i me
tallis uel in carceribus conſtitutis· magna cũ cura et libertate intran
tes ad iudicem exhortabatur ne terrore impiorũ ſubacti dñm nega
rent· Iamq; ſententia coronatus exultans quaſi ipe uiciſſet uſq; ad
locũ felicis ſanguinis proſequebatur· Quobrem motus iudex Antho
nii ſociorũq; eius conſtantia precepit nullũ penitus monachorũ aut
obſeruare iudiciũ aut in ciuitate uerſari· Et ceteris quidẽ omib; in
illa die placuit abſcondi· Anthonius autẽ impauidus neglecto pſe
cutoris impio lauit ependitem ſuũ Et alia die ſtans in quodam emi
nẽti loco candente precinctus ueſte· pcedentẽ iudicem ſuo pũocabat
aſpectu flagrans cupiditate martirii· Oſtendebatq; nobis contẽpto
rem penarũ et mortis in xpianis animũ pſeuerare debere· in tantũ
ut contriſtaretur quia uolenti pati pro dei nomĩe martyriũ non da
batur· Sed dñs qui ſuo gregi parcebat (al' parabat) magiſtrũ ſeruauit Anthoni
um· ut inſtitutũ ſicuti factum eſt monachorũ non ſolũ oratione eius
ſed et conſpectibus firmaretur· Nũq; tamen a confeſſorũ ueſtigiis ſe
paratus eſt· quin anxia circa eos cura et caritatis uinculo colligat9
magis carcerẽ paciebatur excluſus Poſtq̃ autem pſecucionis turbo
defluxerat et beato Epõ Petro iam ob martyrii palmã coronato ad
priſtinũ monaſteriũ regreſſus eſt cotidianũ fidei ac conſciencie mar
tiriũ mẽbatur actionibus ſe ieiuniis uigiliis q; conficiens· ueſtim
to ciliciano intrinſecus deſuper pellicio utebatur· Nunq; corpus la
uans nũq; pedibus ſordes abluens niſi eũ per aquã tranſire neceſ
ſitas compuliſſet· Nullus deniq; Anthonii corpus nudũ anteq̃
moreretur unq; uidit

QUodam autem tempe· cũ ab omniũ ſe ãmouiſſet oculis
et clauſo monaſterio neminẽ oĩno ſuſciperet· Martinian9
militũ prepoſitus· cuius filia ĩmundi ſpũs infeſtacoib; quaciebat
pulſans oſtiũ obſecrabat ut ſuo pignori ſubueniret· et exiens deum
pro filia precaretur· Cũ ille aperire minime quidẽ uoluit· pſpiciens

uero desuper ait. Homo quid meum poscis auxiliū? mortalis et
ego sum. et tue socius fragilitatis. Si autem credis in xpm cui de
seruio. uade et secdm fidem tuam ora deum et sanabitur. Confesti
ille credens abijt. et īuocato JHV filiam reduxit incolumē. Mul
ta et alia mirabilia per illum dn̄s opatus. Et merito. Qui enim
pmisit in Euangelio petite et dabitur uobis. īuento qui mēretur
accipe suam potenciam non negauit. Nam plures uexatorū an
te monasteriū eius clauso introitu dormientes fideliby per eū ad
xpm precibus curabantur. Hec illi multitudo uenienciū desideratā
solitudinē auferens tedio fuit.

Metuens itaqꝫ ne signoꝝ copiosa concessio aut suos animos
extolleret. aut alios plus de se q̄ uidebant in ipo cogeret es
timare. ad supiorē thebaidam pgere cogitauit ubi nullus eū agnos
ceret. Et a frībus acceptis paniby sedebat super fluminis ripam
transitū nauis obseruans. Illico talia cogitante. uox ad eū desuper
facta est dicens. Anthoni quo pergis et quare? At ille intrepide q̄si
consuetam uocem loquentis agnosceret respondit. Qm̄ me nō sinūt
quiescere popli. idcirco ad supiorem thebaidā ire optimū duxi pci
pue quia ea exigor que uirtutē mee pusillitatis excedūt. Et uox
ad illū ait. Si ad thebaidaz uadis et ad pastoralia ut cogitas pgis
maiorem ac duplicē sustinebis laborem. Si autē uere quiescē cupis
uade nūc ad interius desertū. Cūqꝫ Anthonius diceret. et quis m̄
locū anīu potit ostendere. ignarus enim sum locoꝝ. confestim ei qui
loquebatur sarracenos indicauit qui mercandi gracia ad Egyptū
uenire consueuerant. His appropiquans. Anthonius. rogauit ut
se pariter abducerent in desertū. Nullus obnisus est. sed tanq̄ a deo
missum comitē suscipientes amplexi sūt eius societatem. Triby autē
diebus et noctibus itinere confecto īuenit montē ualde excelsū. ad
cuius radices fons aque dulcis labebatur. et campus haud magnus
totū ambiens montē. que palmis ppaucis et his neglectis consitus
erat. Hunc. Anthonius locū quasi a deo sibi offerret amplexus est
Is enī erat quem sibi ad fluminis ripam sedenti qui loq̄bat ostēderat.

Et primo quidem accipiens a comitibus panes ſolus remanſit in
monte nullo alio cum eodem cōuerſante. Quaſi ꝓpriam eni domū
agnoſcens habebat locū illum. Sarraceni quoqꝫ uidentes eius fi
duciam optato per eum tranſitu panes eidem cum leticia deferebāt
necnō palmaꝝ mediocri licet attamē aliquanto ſolacio refoueba
tur. Ex hinc cū fratres agnito loco tanq̄ ad patrem filij ſollicite
alimenta tranſmitterent. uidens Anthonius ꝙ ob ſuū refrigerium
multis onerōſius labor indiceretur. et parcens eciam in hoc mona
chis. rogauit unū de aduenientibus ut ſarculū ſibi cum bis acuto
ferramento deferret. quibus allatis circuiens montem haud grandē
culture aptū reperit locū. ad quē diriuata aqua deſuper poterat in
fluere. Ibiqꝫ ſeminauit atqꝫ exinde ānuū ſibi panem laborans gau
debat ꝙ ſine cuiuſquā moleſtia ex ꝓprijs manibꝫ uiueret in deſerto.
Sed cum rurſus eciam illuc quidam uenire cepiſſent. miſertus eſt
laſſitudini eoꝝ. et holus in paruo terre ceſpite coluit. ut poſt aſperū
iter aliquo uenientes ſolacio refouerentur. Hoc fratrū fuit refrigeriū
Et puulam meſſem beſtie que ꝓpter aquam illuc adueniebant de
paſte ſunt. E quibus unā apprehendens dixit omībꝫ. Cur me ledi
tis: nichil a me leſe abite et in nōie dnī ne huc appropietis ultius.
Quis nō credat poſt hanc denūciationē quaſi timentes nūq̄ illuc
beſtias ꝓpinquaſſe. Sic Anthoniū impenetrabilia monciū et de
ſerti inteſtina captantē orōnibꝫ eciam deditū introeuntes fratres
magnis uix precibus extorſerūt ut oliuas et legumē et oleū quod
poſt menſes aliquot miniſtrabant dignaret̃ accipe. et ſenili modi
cū laxaret etati. Proh nefas. quantas ibi conuerſatus exptus eſt
luctas. Vere ſcdm quod ſcriptū eſt. non illi aduerſus carnē et ſan
guinē fuiſſe collucationē. ſed aduerſus principatus et poteſtates
ab his qui ad eum ingrediebant̃ cognouimꝰ. Illi enī tumultus et
uoces ꝓpli armoꝝ qꝫ ſonitus prorſus plenū montē demonū multi
tudine ſe uidiſſe referebant. ipm eciam quaſi contra inimicos pa
lam reſiſtentē et fortiter colluctantē. Cui tamē aduenientes ſuo
refouebat hortatu et flexis genibꝫ armis qꝫ orōnū omnē Satha

ne pſternebat exercitū· Admiratōe plane dignū eſt in tam īma
ni ſolitudine unū hoīem nec demonū cotidianas expauiſſe con
greſſiones nec tantaꝝ beſtiaꝝ quadrupedum ſiue reptiliū diu
ſe ceſſiſſe feritati Juſte dauid cecinit Qui confidunt in dn̄o· ſicut
mons ſyon non cōmouebitur ī eternū· Jmmobilē ac tranquillam
retinens animi firmitatem et demones fugabat· et feras ſicut
ſcriptū eſt ſecū pacificabat· Sed et diabolus ut ſupdictus ꝓpha
ait· obſeruans eum frendebat dentibꝰ ſuis· et ille Saluatoris aux
ilio ab uniuerſis tutus pſeuerabat inſidijs

Quadam ergo nocte cum puigili cura obſecraret dn̄m· tantos
in monaſteriū eius beſtiaꝝ greges coaceruauit ut om̄es
heremi beluas circū ſe aſpicet· qui cum rictu oris morſū corpori
minitarētur· Jntellexit hoſtis aſtucias dixitq: Si a dn̄o in me uo
bis eſt tributa licencia· deuorate conceſſum· Sin autē demonū huc
ueniſtis impulſu· abite q̄ntocius quia xpi famulus ſū· Jta factū
eſt· Et cū iubentis uoce omnis beluaꝝ multitudo quaſi maieſta
tis cederet uerbere aufugit. Non multi poſt hec fluxerāt dies
et alia oritur cū eodem hoſte certacio· Opante illo· nam ſemper ut
uenientibus pro his que ſibi detulerant· aliquid munuſculū repē
deret laborabat· traxit quidē ſportellam quā texebat tricinā ſiue
funiculū· ad cuius motū exurgens uidit beſtiā pubetenꝰ huma
nā faciem preferentē que exinde in aſinū finiebatur· poſt cuiꝰ aſ
pectū uexillum crucis in fronte ſua depingens· hoc tantū ait· Xpi
ſeruus ſum· ſi ad me es miſſa non fugio· Nullū in medio ſpatium
et ſtatī informe prodigiū dicto q̄ntocius cum ſatellitū turba fugit·
et in medio curſu ruens extinctū eſt· Jſta autē exploſa mors atq:
enecati prodigij demonū erat cōmunis interitus· qui omni ſtudi
o laborantes Anthoniū a deſerto deducē non ualuerūt. Mirādis
plus miranda ſuccedunt· Non grande poſt iſta tempus exceſſerat
et tantarū uictoriarū homo fratrum precibus uincitur· A mona
chis enī rogatus ut eos dignaret̄ inuiſere una cū his pfectus eſt
impoſitis camelo aqua et panibus· quia nuſq: preter monaſterij

locum ex quo hauſerant potabilis aqua per arentē uiam repiebat
uerū in medio itinere mortē cuncta minitant᷑. circueūt et querunt
ſaltē collectā pluuijs lacunā. nichil prſus remedij. nichil occurrit
penitus ad ſalutē. camelus quaſi periturus et ipſe eſtuans dimit
titur. eſtuans pectus exuritur. ſitis deſpacione ferueſcit. Mouit ſe
nē fratrū ſecū cōmune diſcrimen et uehementiſſime contriſtatus in
gemuit. dehinc ad ſolita precū auxilia confugiens paululū ab eis
ſeceſſit. ibiq; genibus fixis ſupplices manus tetendit ad dn̄m. nec
mora et ad primas rogantis lacrimas in orōnis loco fons ebulliēs
erupit. Ibiq; extincta ſitis et arentia mēbra refecta ſūt. et plenis utri
bus iuentū potant camelū. Ita eni caſu euenerat ut camelus errās
per heremū dū funiculū trahit in quodā lapide eiuſdem alligacōe
funiculi tenētur. Tandem pfecto itinē ad monachos qui īuitauerāt
puenit. Tum uero quaſi pri omnes obuiā currūt et honorifico ſa
lutatu in oſcula eius et amplexus certatī ruūt. Propoſito feruenti
gaudet Anthonius et letantib; de aduentu ſuo cunctis q̄ xenia de
monte deportans ſpūalia impertitur alimēta. Laudat ueterū ſtudia
hortatur nouoꝝ. Sororem quoq; iā uetulā uirginē uidens et alia
rū puellarū magiſtrā mira exultatione ſuſtollitur. Exiū quaſi diu
abeēt ab hēmo rurſū feſtinauit ad montē. Plurimis iam ad illū
uenientib; cū eciā uexati a demonib; malo neceſſitatis coacti aude
rent deſerta penetrare quos ille conſolans et monachis in cōmune
precipiens aiebat. Credite in IH'M fideliter. mentē a malis cogita
cōib; carnē ab īmūdicijs ſeruate puram. et iuxta eloquia diuina
ne ſeducamini ī ſaturitate uentris. odite uanā glām. orate ſepiſ
ſime. pſallite ueſpe et mane et meridie. et mādata ſcripturarū
reuoluite. recordamini geſtorū que ſancti quiq; fecerūt. ut exēpli
memoria aīam incitet ad uirtutē refrenet a uicijs. Suadebat eū
iugi meditacōe retinendū Apli ſermonē quo ait Sol nō occidat
ſuper iracūdiam urām. non tantū autē ſup iracundiā ſolē occi
dere non debere intpretabat᷑. ſed ſup omīa delicta hoīm ne pcco
rū uncn̄ nroꝝ aut in nocte luna aut in die ſol teſtis abſcederet.

Illius quoq; admonebat p̃cepti memores ee͂ q̃d dicit de his Iudica
te uosmetip̃os et probate ut racione͂ diei noctisq; facientes si in se
delictu͂ dep̃hendissent peccare desisterent. Si aute͂ nullus error dete
pisset perseuerantes instarent pocius incepto q̃ arrogancia tumidi
aut alios contempneret aut sibi iusticiaz uendicaret iuxta sup̃dic
ti doctoris eloquiu͂ dicentis. Nolite iudicare ante tempus: magis
debe͂ eos xp̃i cui soli occulta patent reseruari iudicio. Multas esse
ut scriptu͂ est uias que hominibus uident͂ iuste. sed fines earu͂ ad p̃fu
dum respicie͂ inferni. Sepe nr̃a non posse nos intellige͂ pcc̃a. sepe fal
li in oratione gestoru͂. Aliud ee͂ dei cernentis cuncta iudiciu͂ qui no͂
ex sup̃ficie corporu͂ sed ex menciu͂ iudicat archanis. equu͂ aute͂ ee͂
nos nobis compati et inuicem onera nr̃a portare ut concesso examie͂
Saluatori p̃prias consciencias nosmetip̃os iudicantes intueremu͂. Nec n͂
precipiebat magna͂ ee͂ uirtutis uiam si singuli uel obseruaret quid
gereret uel uniuersas menciu͂ cogitationes fratribus referret. no͂ posse
eniz aliquem peccare cu͂ relaturus eet ad aliu͂ quecu͂q; peccasset. et sub
ire pudore͂ in publicu͂ turpia p̃ferendi. Deniq; nullu͂ peccante͂ coraz
aliquo peccare audere. eciam si peccet. posse tame͂ testem uitare pecca
mentiri magis ei et negare et uetus delictu͂ nouo inficiendi augere
delicto. Igitur quasi sub oculis aiebat nr̃is et cogitatu confundimur
et actu si omnia referenda faciamus. multo aute͂ magis si pcc̃a nr̃a fide
liter describentes digeramus in ordine͂. Tunc uero annotatio delicto
ru͂ fratru͂ uidebitur oculis. si timebimus peccati ceras conscias ipsi nos
arguant apices. Et quomo͂ meretricibus me͂bra miscentes confu͂dun
tur ad presencia͂ ceteroꝝ. ita nos erubescemus ad litteras si hec aga
mus. Hanc uirtutis gradiamur uiam et corpa mentibus subiugantes
pruciosas diaboli conteramus insidias. Talibus sermonu͂ hortame͂
tis et uenientes ad se monochos incitabat ad studiu͂ et pacientibus
condolebat. Pluresq; eoru͂ per Anthoniu͂ dn̄s liberauit. Nu͂q̃ ta
men aut de incolumitate curatoꝝ est inflatus ad gloria͂. aut co͂tris
tatus de obsessis adhuc corpibus murmurauit. Magis aute͂ eodem
semper animo et uultu manens gracias deo referebat. suade͂s oc

cupatis ut correptionē qua uexabantur pacientius ferrent. Non enim Anthonii aut cuiusqꝫ hoīm omīno hanc eē medicinā. ſed dei ſolius qui et quibus et quo uellet tempe daret ſanitatem. Ita conſolacione ſua et uexatos equanimiter ferre temptationem et iam liberatos non ſibi ſed deo gracias referre docebat.

Fronto autem quidam uir ex paleſtinis qui infeſtiſſimo demonio uexabat̄. nam et linguā eius laniabat dentibus et oculorum nitebatur lumen extinguere. puenit ad montē. rogabatqꝫ beatū ſenem ut pro ſe dñm rogaret. Orauit Anthonius dixitqꝫ ad eum. Vade et curaberis. Illo incredulo ſibi et uiolenter ibidem contra preceptū remoranti. eadem geminabat. Anthonius dicens. Hic curari nō potis egredere et calcata Egipto statim te xp̄i mīa conſequetur. Tandē credidit et profectus eſt. ac uiſa Egypto ſcdm profeſſionē ſenis. quā ei dn̄s oranti reuelauerat. infeſtatio ceſſauit inimici

Virgo uero quedam que a Tripolitane regionis ciuitate ibidē erat. inauditis ac flebilib; morbis laborabat. Etenī narium purgamenta. oculorū lacrime. aurīū putridus humor in terrā cadēs confeſtim in uermes uertebatur. Augebat calamitatē corpus paliſi diſſolutū. oculos quoqꝫ puerſos contra naturā habens. Hanc parētes eius deferentes cū ad Anthoniū monachos ire didiciſſēt. credentes in dn̄o qui ꝑtinacem ſanguinis fluxum in Euangelio tactu fimbrie ſtāe ꝑceperat. rogauerūt ut miſerabilē filie comitatū ſuſcipent. Illis renitētibus eam uſqꝫ ad Anthoniū ꝑducē. remanſere parentes foris cū debili filia apud beatū confeſſorē et monachū Paphnuciū qui effoſſis pro xp̄o oculis ſub Maximiano ꝑſecutore tali dehoneſtamēto corpis plurimū gloriabat̄. Peruenerunt igitur ad Anthoniū monachi. cūqꝫ de morbo puelle referre diſponerent. relacionē eorum ſenis ſermo ꝑuenit et omnē debilitatis et itineris uſqꝫ ad ſanctū Paphnuciū cauſam quaſi ipſe interfuiſſet expoſuit. Rogantibus autē eum monachis ut parentibus cum filia ꝑmitteretur ingreſſus. non conceſſit. ſed ait. Ite et inuenietis puellā ſi non eſt mortua curatā. Nullus debet ad meam humilitatē uenire quia largicio curacionū non eſt

humane miſerie ſed IHV xpi· qui ubiq; in ſe credentib' preſtare con
ſueuit auxiliũ· Quobrem et illa pro qua petitis ſuis p̃cib' liberata
eſt· Et cum ad dñm orarẽ ego· michi preſciencia ſanitatis eius indul
ta eſt· Dixit· et uerba eius puelle incolumitas conſecuta eſt· nam ex
euntes foras ad beatũ Paphnuciũ· et filiam ſoſpitẽ et parẽtes letos
Non multos poſt iſta dies cum duob' fr̃ibus reppererũt
intueũtib' ad Anthoniũ aqua in itinere defeciſſet· et vno ſi
ti mortuo· alter iaceret in terrã mortẽ expectans· Anthonius ſedens
in monte· celeriter ad ſe duos monachos uocat qui forte ibidẽ ſũt rep
ti· et feſtinato p̃cepit ut lagenã aque aſſumentes inuaderẽt iter qđ
ducit ad Egyptũ· Dixitq; Vnus e fratrib' huc aduenientib' modo
migrauit ad dñm· alter ſi non cucurreritis addetur· Hoc enĩ michi nũc
oranti reuelatũ eſt· Sic ait· et iuxta p̃ceptũ eius monachi feſtinã
tes extinctũ corpus inueniũt· terraq; id operientes· alterũ refocillatũ
ſuo iunxerunt comitatui· Erat autẽ ſpaciũ itineris uni' diei· Fortaſ
ſe aliquis hoc querat· cur nõ anteq̃ moreretur Anthonius dixerit·
Incongruo prſus xp̃ianis argumẽto· quia non Anthonij ſed dei fu
it iudiciũ· qui et de recedente quam uoluit ſentenciã tulit· et de ſiti
ente reuelare dignatus eſt· Hoc tantũ in Anthonio mirabile eſt·
q' in monte remotiſſimo ſedens corde puigili cuncta p̃cul poſita
dñõ indicante cognoſceret·
Aliquo rurſus tempe cũ ſederet in monte et oculos ſubito
tetendiſſet in celum· uidit neſcio quã animã letantib' in eius occur
ſu angelis ad celum pergere· cuius ſpectaculi nouitate ſtupefactus
beatũ dixit ſcõrũ chorũ· Orauitq; ut ſibi rei p̃ntis agnicio panderẽ
Et ſtatim uox ad eum facta eſt inquiens· iſtam eẽ Ammon mona
chi animã qui Nitrie morabatur· Erat autẽ Ammõ uir grandeuus
qui perſeueranter a puericia uſq; ad ſenectutẽ in ſanctitate uixerat·
Itinere quoq; dierũ quatuordecĩ a Nitria locus in quo ſedebat An
thonius diuidebatur Videntes autem eum admirantẽ monachi
qui uenerant· dep̃cati ſunt ut cauſam hylaritatis ediceret· Quibus
ait· modo Ammon quieuiſſe· quem p̃pter frequentẽ eius ad Anth

niũ cõmeatum · et ꝑpter celeritatẽ indultorꝫ ei a dño ſignorũ opti
me nouerant · De quib; eciam hoc unũ dicendũ eſt · Neceſſe ei fuit
aliquando flumẽ noĩe Licũ ſubitis aquis ĩundatũ transuadare · roga
uitq; Theodorũ qui cum ipõ erat ut paululũ a ſuo ſepararet̃ aſpectu
ne nuditatẽ corpis ĩuicem uterq; aſpiceret · receſſit Theodorꝰ · Nichilo
minꝰ ille ſe ipm̃ cum nudare uellet erubuit · Cogitantẽ eum · in alte
ram ripã uirtus diuina transpoſuit · Rurſusq; Theodorus uir et ipſe
deo deuotus transiens ad ſenem mirari cepit q̃ tam uelociter flum
um transuadaſſet · Cumq; nichil humoris in pedibus · nulla in ueſ
tib; eius aque ſigna conſpiceret · rogauit eum ut tam incredibilem
tranſlacionem quasi filio pater exponẽt · Nolenteq; illo dicere que
acciderant · amplexus eſt pedes eius · iurauitq; non ſe dimiſſurũ ꝑius
q̃ ſibi id quod celabat referret · Videns ergo ſenex contenciose uincẽ
uolentẽ fratrẽ · exegit uiciſſim ab eo ut nulli hoc ante ſuã mortem
indicaret · Atq; ita confeſſus eſt · ſe ſubito in alteraz ripã fuiſſe transpo
ſitum · neq; oĩno undis impreſſiſſe ueſtigia · dominici corpis exẽplo
hoc tantũmodo priuilegiũ aſſerens · et eorũ quibus ipſe ut · Aplõ Pe
tro donauerit ut aquarũ leuitati humanũ corpus inſiſtẽt · Hec aũt
Theodorus ꝑmiſſo tpe non dixit · poſt eius mortem retulit · Mona
chi ergo quib; dixerat · Anthonius de morte · Ammonis notauerũt
diem · et uenientib; de Nitria fratribus poſt dies triginta ſciſcitan
tes reperiunt · illa die illaq; hora dormiſſe · Amonẽ · quã aĩam eius
ferri ſenex uiderat · Vtriq; igitur puritatem mentis in Anthonio ꝛ
mirati ſũt · quõ rei tam longe geſte ſtatĩ ad eum fuiſſet plata cognicio ·

Archelaus quoq; Comes cũ eum ĩueniſſet in exteriori mõte ro
gauit ut oraret pro Polycracia que in Laodicia erat · admi
rabili et xp̃o dedita uirgine · paciebatur enĩ peſſimos ſtomachi et la
teris dolores quos ieiunijs nimijs uigilijsq; contraxerat · et erat pe
nitus toto debilis corpe · Orauitq; · Anthonius · et diẽ qua oracio fcã
fuĩat ãnotauit · Archelaus · redijt in Laodiciaz et ĩuenit uirginẽ in
columẽ · ꝑcunctatus diem ſanitatis reperit tempus medele cũ ãnota
cione congruẽ · Et oĩs admirati ſunt · agnoſcentes eo tempe illam

a dn̄o fuiſſe a doloribus liberatā quo orans . Anthonius pro ipſa boni
tatem Saluatoris inuocauerat . Sepe eciam ad ſe uenienciū turba
rum ante dies et menſes et cauſas predixit et tempa . Nam quoſdā
uidendi eum tantū deſideriū / alios imbecillitas / nullos obſeſſa a
demonib9 corpa ꝑtrahebant . Nemo tamē vnq̄ uexationē aut det
mentū laborioſi itineris conqueſtus eſt . Regrediebant omnes ſpūa
li cibo pleni . at ille ꝑcipiebat non ſue laudi hanc admirationē ab
eis applicari debere ſed dn̄i qui ſui nocionē homib9 pro capacitate
mortalitatis indulſerit . Quodam autem tempe cum exiſſet ad ex
teriora monaſteria et rogatus eēt a fratrib9 ut in naui quadā cū mo
nachis ꝓficiſcentib9 oraret aſcendit . et ſolus ex omib9 odorē ſenſit tet
rimū . aſſerebant cuncti piſciū ſalſoꝝ et tharrichorū in naui poſi
torū hunc eē putorem . At ille alterius rei fetorem ſe ſentire affirma
bat . adhuc illo loquente adoleſcens quidā poſſeſſus a demone qui
ꝑcidens iuxta carinā ſe nauis abſconderat . repente exclamauit . q°
ſtati per Anthoniū in noīe dn̄i nr̄i IHU xp̄i curato . intellexere uni
uerſi diaboli illum fuiſſe putorem . Alius quoq; ad eum uir in
ter ſuos nobilis demonioſus adducitur . tanta oppreſſus inſania ut
non ſciret ſe eē apud Anthoniū . nec nō et corpis ſui ſupflua comederet
Nobirem rogatus ſenex ab his qui eum adduxerant . ut pro illo do
minū rogaret . in tantū iuueni miſero condoluit ut tota nocte cū
eo ꝑuigilans aduerſū patientis inſaniā laboraret . Sed cū iam lu
ceſceret et obſeſſus adoleſcens impetu in Anthonio facto uehemē
ter eum īpuliſſet . iraſci ceperūt qui adduxerant cur ſeni feciſſet in
iuriā . Quib9 Anthonius ait . nolite alienā culpā iuueni miſero
aſcribere . furor iſte obſidentis eſt non obſeſſi . Idcirco autē in hanc
ꝓrupit dolens hoſtis audaciā . quia dn̄s ad aridam regionem ire
eū iuſſit . Et expulſi Sathane indiciū iſte aduſum me impetus
fuit . Nulla poſt uerba mora et adoleſcens recepto ſenſu et gracias
agens deo et locū ubi eēt agnouit et toto Anthoniū amplexās
deoſculatus eſt affectu . Innumera et alia eiuſmodi ſigna ſunt
que monachorū concordi ſepe relatione cognouimus . Verū non

tantū his adhibendus est stupor quia multo plus q̄ sequūtur con
dicionē nr̄e fragilitatis excedunt. Hora tunc iter nona cum ante cibū
orare cepisset raptū sensit se in spiritu et ab angelis in sublime fer
ri. phibentib; transitū aeris demonib; ceperūt angeli contra dicētes
requirē que eēt causa retinendi nullis existentib; in Anthonio crimi
nibus. Illis uero ab exordio natiuitatis replicare pctā intentib; calūp
niosa angeli ora clauserūt dicentes. non debere eos a natiuitate ei⁹
delicta narrare que iam xp̄i eēnt bonitate sopita. si qua autē sciret
ex eo tempe quo factus est monachus et deo se consecrasset licē pfer
ri. Accusabant demones multa pcaciter mencientes. et cū deessent
pbamenta fallacibus liber Anthonio conscensus apitur. et statim
rediens in sese. in eo loco in quo stare ceperat. hoc se rursū uidit eē
quod fuāt. Tunc uero oblitus esce ex illa hora noctē gemitu ac
lamētatione transegit. reputās scrū humanoꝝ hostiū multitudi
nē et colluctacionē tanti exercitus et laboriosum per aerē iter ad
celū. et hoc. Apli dictū eē quo ait. Non est nob̄ colluctacio adūsus
carnē. sed adūsus principem ptātis huı⁹ aeris. qui sciens aereas po
testates ob id semper temptare luctari et contendere. ne nobis liber
transitus eēt ad celū. Hortabatur monens. Assumite arma dei ut
possitis resistere in die mala. ut nichil mali habens quod de nobis
dicē possit ĩimicus confundatur. Nos autē aplici sermonis recorde
mur dicentis. siue in corpe nescio. siue extra corpus nescio. deus scit.
Et Paulus quidē usq; ad celum terciū raptus est. ibiq; auditis uer
bis ineffabilibus descendit. Anthonio autē usq; ad aerē sublato pᵒ
colluctationē liber conscensus apparuit. Habebat etiā istiusmodi
donū. si cui⁹ rei sedens in monte ignarus fuisset. et eiusmodi secum
inquirēt notionē oranti ei a dn̄o reuelabatur. et erat scdm quod
scriptū est a domino doctus

DEnique cum a fratrib; habētur iste tractatus. et ab eo sedule
sciscitarentur. quēadmodū se post corpis sarcinā anima gē
ret. quiue ei locus post exitū concederetur. Proxima nocte uox de
sup nomen eius inclamitans ait. Anthoni exurge. exi et uide.

Qui exurgens egreſſus eſt. Sciebat enim quibꝫ reſpondē debēt. Ele
uatis ad celum oculis uidit quendā longū atqꝫ terribilē. caput uſ
qꝫ ad nubes attollentē. Vidit etiam pēnatos quoſdā ſe eleuare cu
pientes ad celum atqꝫ illum extenſis manibꝫ ꝓhibere tranſgreſſum.
E quibus alios apprehenſos elidebat ad terrā. alios fruſtra retinē ni
tēs dolebat ſuper ſe ad celeſtia tranſuolare. et maximū gaudio mix
tū merorē uicti uictores qꝫ tribuebant. Staticqꝫ ad eum uox facta eſt
dicens. Aīaduerte quod uides. et tunc cepit illuīato corde intelligē
animarū eē conſcenſum. et diabolū ꝓhibentē. qui et ſibi retinēt ob
noxios. et in ſcōrū quos decipē non poterat cruciaret uolatu. His
uiſionū incitatus exemplis cotidie ad meliora creſcebat. Neqꝫ uero
id quod ſibi fuerat reuelatū. cauſa iactantie frībus indicabat. ſed
cū orans iugiter dei laudaret auxiliū interrogantibꝫ compellebatur
dicē. nec ſpūalibꝫ filiis pura in xp̄o anima occultare quicqͣ̄ uolebat
ꝓſertim cū eiuſmodi ſignorū relatio et amorē miniſtraret ꝓpoſito
et fructū laboris oſtenderet. Nunqͣ̄ ille aut ira ſubita concitatus
pacienciā rupit. aut humilitatē erexit in gloriam. Nam omnes
clericos uſqꝫ ad ultimū gradū ante ſe orare compellens. Epīs qͦqꝫ
et preſbiteris. quaſi humilitatis diſcipulus ad benedicendū ſe ca
put ſubmittebat. Dyacones uero qui ad eū utilitatis cauſa ueniē
bant. cum pro adiutorio eorū eis p̄ntibꝫ diſputaret. ad orandū dum
ſibi ꝓponebat non erubeſcens et ipē diſcere. Nam et interrogabat fre
quenter eos cū quibꝫ erat. et ſi aliquid ab eis neceſſariū audiret ſe
fatebatur adiutū. Habebat autem et in uultu magnā graciam. et
admirabile a Saluatore etiā hoc munꝰ acceperat. Si quis enī igna
rus eius inter multitudinē monachoꝝ eū uidē deſideraſſet nullo
indicante ceteris ꝓtermiſſis ad Anthoniū currebat. et aīme puritatem
agnoſcebat in uultu. et per ſpeculū corpis graciā ſancte mētis intueba
tur. Nā ſemꝑ hilarē faciē gerens. liquido oſtendebat ſe de celeſtibꝫ cogi
tare. ſicut ſcriptura ait. Corde letante uultus floret. et in merore cō
ſtituto triſtatᷣ. Ita et Jacob cognouit Laban ſocerū ſuū inſidias ſꝰ ma
chinantē dicens ad filias eius. Non eſt facies prīs ueī meū ſicut

heri et nudius tercius. Sic Samuel agnouit Dauid. letificatos eũ
habebat oculos et dentes ſicut lac candidos. Similit᷑ agnoſcebatur
Anthonius quia ſemper eandem faciem inter pſpera et aduerſa
retinens. nec ſecundis extollebat᷑ nec frangebatur adu̾ſis. Erat autẽ
et in uultu et in fidei puritate mirabilis. Nunq̃ enĩ ſciſmaticorũ
ſe miſcuit cõmunioni antiquã eorũ ſciens p̃uitatẽ atq; tranſgreſſi
onem. nũq̃ manicheis aut aliis hereticis ſaltẽ amicabilia uerba
largitus eſt niſi tantũ ea que eos ab iniquitatis errore poſſent re
uocare denũcians taliũ amicicias atq; ſermones pdicionẽ ẽẽ aĩe.
Sic eciam arrianos deteſtabatur. ut omnib; diceret nec iuxta eos
quidẽ ẽẽ accedendũ. Nam cũ uenissent quidam arrionanite rep
ta eoꝝ poſt examinacionẽ infideliſſima ſecta. effugauit eos de mõ
te dicens. multo ſerpentib; deteriores hoꝝ ẽẽ ſermones. Uenientib;
autẽ arrianis aliq̃n Anthoniũ ita ut ſe crede admiratus eoꝝ au
daciam et iuſti doloris ira cõmotus rogatusq; ab Epiſcopis atq;
uniu̾ſis fratrib;. Alexandriã deſcendit. ibiq; arrionamitas ſermoẽ
publico condẽpnauit. ultimã hanc ẽẽ hereſim et p̃curſorẽ Antixpi
affirmãs. predicauitq; in pplõ filiũ dei non facturã nõ ex nullis
exiſtentibus ſed ꝓprie et unius cũ prẽ ſubſtancie. ne creatura pociꝰ
aut adopcio aut appellacio uidẽtur. impiũ ẽẽ dicens uel mẽte con
cipe. erat qñ non erat. cũ uerbũ dei deus qui eſt ſemp. pri ſit coe
ternus. quia ex eo natus eſt patre qui ſemper eſt. Unde aiebat. cũ
arrianis uobis nulla ſit cõiunctio. que enĩ ſocietas luci ad tenebꝛ̃.
Vos fideliter credentes xpiani eſtis. Illi uerbũ filiũ qui ex patre deo
eſt creaturã dicẽtes. nullo interuallo a gentib; ſepant᷑ qui ſeruiũt cre
ature pocius q̃ creatori qui eſt benedictus in ſecula. Ipſa michi cre
dite iraſcitur elemẽta et oĩs cont᷑ Arrianũ furorẽ ſcd̃m Apli dictũ cõ
gemiſcit creatura. q ſibi dñm ſuũ per quẽ omnia et in quo oĩa fcã
ſunt uideat aggregari. Nec tanti uiri predicacio exprimi nõ
pt q̃ntũ ad fidem pplõs roborauerit. Letabant᷑ quippe hoſtilem
et xpi inimicã hereſim anathematizari ab ecclie columpna. Tunc
nulla etas nullus ſexus domi remanſit. taceo de xpianis. paga

ni quoq; et ipi ydolorū ſacerdotes ad dirutum impiū cōuolabāt di
centes. Depcamur ut hoīem dei uideamus. quia hoc apud uniu̾
ſos conſpicuū erat nomen Anthonij. Ambiebant quoq; ſaltē uel
fimbriam ueſtimēti eius attingere multū ſibi et tactū pdeſſe credētes
Quot tunc diabolica obſidione et uariis infirmitatib; liberati. ēſt ſila
chris erepta ſunt ſpolia. quāti etiā ab errore gentiliū retracti mō
iūcti ſunt gregi? Tanti certe ut paucoꝝ dierū ſpacio ex ydolorum
ſupſticione conuiſio omnē per annū ardentiū uinceret turbā. Porrō
cū irruentē multitudinē comites repellerēt. eſtimātes tedio illi cōue
tū ppli fore. ipſe tranquillo aīo dicebat. Nūqd hic cetus demonum
maior eſt turbis? nūquid obſequētiū multitudo. colluctatorū in mō
te moꝝ. caterius eſt numeroſior? Accidit etiā ut cū eū redeūtē
circa portam pſeqrem̄. a tergo quedā mulier clamitaret dicēs Expe
cta homo dei. filia mea atrociſſimo uexat̾ demonio. Expecta obſec̾
expecta ne et ego corruens interā. Hoc audito admirabilis ſenex
a nobis admonitus. uolens tñ et ipſe paululū ſubſtitit. Cūq; appro
pinquante muliere puella iacēt exploſa. orauit tacitꝰ IHM. et ad
cōminatoēm eius ſtatī ſpūs impurus egreſſus eſt. puella īcolumis
ppl's in laudē dei. mater in gaudio fuit. Ipſe autem letabat̾ quia
ad deſideratā ſolitudinē repedabat. Erat autē ualde ſapiens. et h̾
in ſe mirabile habebat. quia cū lrās non didiciſſet. ingenioſiſſim̾
et prudentiſſimus erat.

Aliquādo etenī philoſophi duo gentiles uener̄t ad eū. pu
tantes Anthoniū ſe poſſe decipe. Erat eni in ſupiori monte. quos
cū uidiſſet paganos intellexit ex uultu. et pcedens ad eos per inter
pretē ita incepit appellare. Quare tā longe ad ſtultū hoīem ſapi
entes ſe uexare uoluer̄t? Illis dicentib; non ēē illū ſtultū. ſed et ni
miū ſapientē. uigilanter reſpondit. Si ad ſtultū ueniſtis. ſupflu
us labor ueſter eſt. ſi autē putaſtis me ſapientē ēē et ſapiā habē
bonū eſt ut imitemini que pbatis. quia bona cōuenit imitari.
Si ego ad uos ueniſſē. uos imitarer. ſed quia uos ad me q̄ſi ad
ſapientem ueniſtis. eſtote ſicut et ego ſum xpiani. Abſceſſerūt

philoſophi utrūq; mirantes et acumen ingenij et demonū expul
ſiones. Alios quoq; mūdi ſapientes ſimilit̃ qui eū uidẽ cupie
bant quia lr̃as ignorabat tali diſputacõe colligauit dicens. Respon
dete michi quid eſt prius ſenſus aut litt̃e. et quid cui⁹ exordiū eſt.
Senſus ex lr̃is an litt̃e oriũtur ex ſenſu. Illis aſſerentib; quia ſenſus
ēēt auctor atq; īuentor lr̃arum. ait. Igitur ſi cui ſenſus incolumis eſt hic
lr̃as non inquirit. Quis p̃nciū poſt hanc colluctationē nō excla
mauerit cū obſtupuerint et ipſi qui uicti ſunt tantã in imperito lit
terarū ſagacitatẽ animi admirantes. Neq; enī ut ſolitudine et mō
tibus uerſatus atq; ibidem exigens uitam agreſtis et rigidus erat
ſed iocūdus atq; affabilis ſermone ſcd̃m Apli preceptū diuinū ſermo
nē conditū ſale pſerebat. ita ut et īuidia carẽt et amore oīm potiret̃
Inter hec quaſi parū ēēt bis gentilitatẽ fuiſſe ſupatã tercio uenert̃
omnes uiri ſecularis prudencie nube ceccati atq; uniũſis phie ſtudi
is quaſi lr̃as ignorabat artiū ſuorū eſtimacione doctiſſimi. hij cū
racionē ab eo exigerent fidei quã in xp̄o habem⁹ et niterent̃ argutis
ſophiſmatū interrogacione de diuina cruce eum illudẽ. intra ſilẽciū
paulul[ū] uoce compreſſa. p̄mū eorum miſeratus eorum eſt. deinde per
intp̄retẽ qui eius uerba diligentiſſime in grecū ſolebat exp̄mere ſer
monẽ ita exorſus eſt dicens. Quid pulchrius eſt quid ue honeſtius
crucẽ colere an adulteria parricidia uel inceſtũ his aſſignare quos co
litis. cū in altero contemptus mortis inſigne uirtutis ſit. in altero
turpis religio ſit obſcenitatis magiſtra. Quid melius eſt dicẽ. qd̃ dei
uerbū manens ut erat ob ſalutẽ nr̃am humanū corpus aſſupſe
rit. ut ſocietate mortalitatis nos eueheret ad celū p̄ticipesq; nature
celeſtis efficeret. an ut ipſi aſſeritis diuine mentis hauſtū ad terrena
ueneranda ſūmittere. et pecudū atq; ſerpenciū formis celeſte nom̄
includẽ. Quo ore xp̄ianorum credulitatẽ audetis irridẽ dicenciū xp̄m
filiū dei ſine ſui detrimēto et cepiſſe ēē qd̃ non erat et manſiſſe qd̃
fuerat. cū ipſi aīam de celeſtib; detrahentes non tantū hoīm ſed et ſer
penciū et pecudū ſoleatis ſepeliri corpib;. Xp̄iana credulitas p ſalu
te mūdi deū ueniſſe ſuū teſtatur. uos uero īnatã aīam predicãtes.

ultro citroq; transfertis · Xpiana fides que omnipotenciā dei clemēci
amq; ueneratur · consequēter incarnationē dicit deo fuisse possibilē
ita tamē ut non euacuaret incarnatio dignitatē dei · Vos qui aīam
ex splendidissimo dei fonte manantē turpiter decidisse iactatis qui
mutabilem et cōuertibilem eā post sui diminucionē audetis asserē
iam illā quoq; naturā dominā scłoꝝ per anime contuelias ipā
lingua temeratis · Imago enī que scđm uos naturalē similitudinē
sui retinet auctoris cui una est ex quo defluxit eadēq; substantia ·
humilitates ꝓprias et iniurias consequent᷑ ad suā originē remittit
Igit᷑ aīadūtite contumelias aīāꝝ · ad pācem eaꝝ per urām blasphe
miā redundare · Crux xpi dnī nrī ut appellatis ingerit᷑ · interrogo q̄
hic est religionis obscenitas · Nonne pocius est cautē aut aliciu9 ge
neris mortē ab iniquis hominib9 illatā pacient᷑ sustinē · q̄ miseris
plangē post hos uagos incertosq; discursus · Pudeat queso uos in
sidiaꝝ typhonis · pudeat Saturni fuge et deuoratoīs crudelissime
liberoꝝ · Erubescite parricidiū Jouis et incestū · erubescite raptū ei9
et coitū mulierū atq; puerorū · Ille sicut uri fingūt Poete ad explē
dū īmanissime libidinis furorē molles dedit in amore uagitus ·
Ille in Dyane fluxit sinus · ipe amator et precīu · Ille modulat9 ales
ledeos petiuit amplexus · ille in ꝓpriū seuiens sexū regiū puerū
ministris auibus polluit · Hec uos creditis hec colitis · hec sūt uro
rū ornamēta temploꝝ · Ego deprecor pro urā salute urā dicta pē
sate iudicio cuncta · an nichil ardendū in libris xpianis est · Si
nichil · nec crucis quoq; cui detrahitis nomē agnoscitis · Si autē
uniūsa ardenda sūt · cur cū hisdem libris crucis resurrectio nō co
puletur · passionem diuinā stolido laceratis eloquio · et nō statim
adiungitis cecorū uisū · surdorū auditū · claudorū cursū · lepre emū
dationē · seruiens ambulanti deo suo mare · demonū fugas · resur
rectionē mortuoꝝ · et defunctorū ab inferis reditus · Hec omnia scrip
turis quas impulistis inserta sunt et hisdē uoluminib9 continent᷑
pcomia maiestatis et mortis dedecora · Quobrem odio quo inbuti
estis abiecto inuenietis illico et deū eē uerū JHM · et salutis huā

ne gr̃a. fragilem aſſumpſiſſe naturã. Vrãm tamẽ nobis ſi nõ pu
det narrare religionem. ſed quas error infelix potiꝰ refferre cultu
ras. de tanta rerũ feritate atq; uecordia. niſi forte ut audio fabu
loſas aſſeritis deoꝝ. uiroꝝ. et obſcenitates et crudelitates et mor
tes allegoricis uelaminibꝫ. Liberũ raptũ. terrã. ſemiclodũ. uulca
nũ et debilem ignẽ. Iunonẽ. aerẽ. apollinẽ. ſolẽ. dianã. lunã. nep
tunũ. maria. et libidinũ principẽ Iouẽ etherẽ interpretãtes. Nec
poſt hanc excuſacoĩs pꝛecitatẽ deũ ſed creaturas contẽpto creato
re ſuſcipitis. Qđ ſi pulchritudo uos elementoꝝ ad ſui traxit ue
neracoĩs modũ. fas erat cuſtodire. et oportebat mirari tantũ n̄
colere. ne facture ueneratio creatoris eẽt iniuria. Nam ıſtiuſmo
di quã uos ſequimĩ racionẽ ꝓpoſterã. et architecti honor miſ
ſit ad domũ. et medici ad remedia ſciencia conferet. Omũz q̃q;
artificũ merita uel laudes ad opatorẽ transferent./ Quid ad hec
dicitis. ut agnoſcamus que ſit crucis ridicule nobis ignominio
ſa confeſſio.. Hac diſputacione conuertẽtibꝫ inter ſe plꝛis oculoſ
ſimulq; nuſitantibꝫ ſubridens. Anthonius. rurſũ per interpretẽ
ait. Elemẽta quidẽ ut memoraui ex ipõ conſpectu ſuã cõpbãt
ſeruitutẽ. Sed quoniã uos obſeruatione dialetica neceſſaria ut
putatis queq; colligitis. hoc quoq; artificio etiã nos nr̃am religi
onẽ compellitis affirmare. Reſpondete michi. cognicio dei quẽad
modũ manifeſtius cõpbatur. p lcionẽ uerboꝝ an per opationẽ
fidei. et quid antiquius eſt opacio fidei an diſputacio per argu
mẽta procedens. Illis ergo reſpondentibꝫ firmiorẽ ſermonibus
opacionẽ eẽ. et hanc liquidam de deo cognicionẽ. bene eos et
ipẽ dixiſſe conſenſit. quia opacõez que ex fide deſcendit animi
genet effectus. dialeticã uero diſputacionẽ ex artificio cõponẽ
dũ ſumpſiſſe oppoſicionis exordiũ. Cũ ergo ait opacionẽ fidei
aĩo ſitã quis habuerit. ſupflua erit uerborũ compoſitio. per
quã conceptã ſenſu nr̃o credulitatẽ temptatis euellere. et tamẽ
ſepe m̄us explicare intelligencias non ualetis. ita ſolidiora ſũt
mentis opa q̃ꝫ ſophiſmatũ fraudulenta cõcluſio. Nos xp̃iani

miſteriū uite nr̄e non in ſapiencia mūdi habem⁹ repoſitū ſed ī uir
tute fidei · que nobis a deo attributa per xp̄m eſt · Hanc oracionis
mee ueritatem rerū que cotidie gerūtur ordo cōmendat · nobis im
peritis et lr̄az ruraz ignaris · ad dei cognicōnez eius solū uerba
ſufficiūt · Ecce nos tot gentilitatis gregibus abſtracti in uniūſum
orbē cotidie ꝑpagamur · Vobis uero poſt aduentū dn̄i nodoſe ſophiſ
matū deſecere uerſucie · Ecce nos ſimplicē xp̄i fidem docētes ydola
triaz debellauim⁹ · et per predicacōem ignominioſe crucis aurata tē
pla ceciderūt · Vos ſi poteſtis oſtendite quib; contexione uboz gentili
tatem xp̄o ꝑponere ſuaſeritis · Per omnes iam terras uerus dei filius
xp̄us eſt agnitus · nichil eloquencia ſophiſmatū nichil diſputacio
philoſophie · multitudini poteſt obeē credenciū · Crucifixū noīamus
et uniuerſi demones quos uos ut deos colitis rugiūt · atq; ex obſeſ
ſis corporibus ad primū dn̄ice crucis ſignū fugant᷑ · Vbi ſūt illa fa
buloſa oracula · ubi egypcioꝝ incantaciones · quo ꝑfecere magoꝝ
carmina · certe tunc uaſtata ſūt omīa · cum de ſua cruce mūdo xp̄c
intonuit · Nichilomin⁹ uos ꝑmiſſis debilitatoꝝ cateruis · glo'ſā
IHV morte irridere conamini | Illud autē quale eſt quod nūcq; infeſ
tacione regali conſciſſa gentilitas · ꝑmo ſeculo cara et hoīm ꝑſidiis
fulta iam corruit · famuli xp̄i quo plus ꝑmimur · eo magis aſſur
gimus et florem⁹ · Vr̄a ſimulachra ornatis quondaz ſepta parie
tibus uetuſtate collapſa ſunt · xp̄i uero doctrina que uobis ſtulticī
a uidetur et ludus · licet tyrānica ꝑſequenciū principū tempta
menta ptulerit · licet uariis ſit incurſata terrorib; nullo terraꝝ
orbe concluditur · nullo gentiliū barbarorū fine ꝓhibet᷑ | Quando
enī diuine ſcientie tantus ſplendor illuxit · quando tot ſimul
in ſe cōuenere uirtutes · continēcia in mr̄imonio · uirginitas in
ecclīa · floret martyriū pro dn̄o · glo'ſa conſtancia · quoꝝ omniū
crux xp̄i principiū eſt · Cum interī uos inter tantos uirtutum
choros ſylogiſmorū recia tenditis · et ueram rerū lucē tenebro
ſis conamini argumentacōib; obuoluere · ecce nos ut dixit doc
tor nr̄ · non in gentili ꝑſuaſione ſed in fide aptiſſime ſuademus

que uerborũ affirmatione ꝑuenire conſueuit. Aſſunt quippe ſa
pientes a demonibꝫ uexati. quos cũ mediũ ꝑduxiſſet. uerba repe
tiuit dicens. Nũc uos colligationibꝫ ur̃is et quo uultis maleficio car
mine deos ur̃os quos putatis expellite. Sin autẽ non poteſtis.
uictas ſubmittite manus et ad xp̃i trophea confugite. et ſtatim
crucifixi credulitatẽ. maieſtatis potencia ꝑſequetur. Dixit. et inuo
cato nomine IHV. cũ uitale ſignũ in ſacro numero trinitatis preſ
ſiſſet in frontibꝫ. una cũ expulſis demonibꝫ uana preſenciũ phoꝝ
confutata eſt ſapiencia. expauerunt eꝝ ſtupentes hoĩem cui poſt
tantũ ingeniũ affluere[t] ſignorũ diuina largitio. At ille unũ
ſa xp̃o qui curat aſſcribens. uſus eſt affatu reciproco et ait. No
lite me putare his ſanitatẽ dediſſe. xp̃s per ſeruos ſuos facit iſta
miracula. Credite et uos. et uidebitis quia deuota deo fides eſt.
Non eloquẽtie uanus tumor mortalia ſigna meretur. confugite
ad crucifixi legem. nosq; eius imitamini famulos. et ſciencie fide
contenti. nulla deinceps ſecularis imprudencie argumẽta q̄ratis.
Hactenus Anthonio dicente. miro philoſophi ſtupore ꝑculſi.
et cũ honorifico ſalutatu ab eo recedentes. multũ eius ſibi fate
bantur ꝓfuiſſe conſpectum.

In eo uiro incredibile eſt. ut hoĩem in extremo mũdi limite
conditũ. et fauor principũ et omnis celebraret aula regalis
Nam et Conſtantinus Auguſtus et eius liberi Conſtans atq;
Conſtancius talia cognoſcentes. crebro ad eum quaſi ad patrem
miſſis lr̃is obſecrabant ut reciprocis eos ſcriptis exhylararet.
At ille eiuſmodi manẽs qualis et anteq̄ littere ad eũ uenirent
fuerat. nec ſalutatiõne principũ mouebatur et tanq̄ nõ acceptis
lr̃is cõuocans monachos aiebat. Reges ſeculi epiſtolas ad nos
miſerũt. que hic xp̃ianis adhibenda miratio eſt. Licet enĩ diu
ſa ſit dignitas. attamẽ eadem naſcendi moriendiq; condicio eſt.
Illa uera ſunt ueneratione omni ꝓcolenda. illa toto animi affec
tu retinenda. q̄d deus hoĩbꝫ legem ſcripſerit. q̄d per filiũ ſuum
ꝓprijs eccl̃ias ditauerit eloquijs. Que monachis eſt ratio cum

epiſtolis Regum· cur accipiã lr̃as quibus conſueta neſciã reddere
ſalutacõnis obſequia· Igitur rogatus ab uniuerſis fratribꝫ ut xp̃i
anos Reges ſuis lr̃is refrigeraret ne ſcilicet per ſilentiũ eius ex
aſperarentur· ad ſuſceptas ep̃las cõuenientia reſcripſit· laudauit
primũ q̄ xp̃m colerent· deĩ ſalutaria pſuaſit· ne magnã puta
rent regiam p̃tatem ne p̃ntis carnis imperio tumentes et ſe hõi
nes eſſe neſcirent et iudicandos a xp̃o obliuiſcerẽtur· ad poſtre
mũ clementie circa ſubiectos et iuſticie cure quoqꝫ inopũ admo
nuit· atqꝫ unũ ſempiternũ eē Regẽ oĩm ſclõꝝ IHM xp̃m epiſ
tolis teſtatus eſt· His litteris principes ſuſceptis uehemẽtiſſime
letabantur· Sancta quoqꝫ apud cunctos Anthonii fragrabat o
pinio ita ut eius ſe filios cuperent nominari· magna etenĩ cũ
aduenientibus affabilitas oĩm in ſe ſtudia cõuerterat·

Poſtq̃ ergo gentiles confutati· Reges admoniti· fratres
ab eo ſunt conſolacione releuati· ad interiorẽ montem
et rigorem ſolitũ regreſſus eſt· Ibiqꝫ ſepe cum inteuntibꝫ deãbulãs
ac reſidens· ſtupebat ſicut in Daniele ſcriptũ eſt· et interiectis ho
rarũ ſpaciis conſequentia reſpondebat· ut intelligeret aliqua re
uelacioĩs uidiſſe ſecreta· Nam et in monte poſitus· ea que in Egyp
to longe gerebant͛ p̃uidens Ep̃o Serapioni ibi conſtituto narra
uit· Lamentabilis ſequit͛ uiſio et omniũ lacrimarũ fonte plãgen
da· Cum eĩ fr̃ibus circa ſe ſedentibus operaret͛ intente· fixit ocu
los in celũ gemens atqꝫ ſuſpirans· et poſt aliquãtũ ſpaciũ reue
lacionis incepte nimio dolore contremuit· et ſtatĩ flexis genibꝫ
ante dei uultũ pꝛouolutus orauit ut clementia ſua futurũ auer
teret ſcelus· ſuccedũt oc̃oni lacrime· metus ingens ĩuadit p̃ntes
ut exponeret uiſionẽ obſecrant tante calamitatis· Singultus oc
cupant uocẽ lingua fletibus ĩpeditur· et in medio conatu ſer
mo gemitu interrũpitur· Vix tamẽ cũ uociferacione luctuoſa ait
·Melius erat o filioli impendens piaculũ cita morte lucrari
ſic incipiens· rurſus lacrimis uincit͛· et inter egra ſuſpiria
tandem pectori cõmodans uocẽ· magnũ inquit quoddã· et uin

uerſis ſeculis inauditū īminet nephas. Magno fides catholica
turbine ſubuertitur. et hoīes iumentis ſimiles xp̄i ſancta diripi
unt. Vidi enī altare dn̄i mulorū circūdatū multitudine qui cre
bris calciū ictibus omīa diſſipabant. Hec eſt cauſa gemituū
quos auditis. Et facta eſt vox dn̄i dicentis. Abhominabitur alta
riū meum. Nec mora uiſionē ſequitur effectus. Nam poſt annos du
os ſeua arrianorum erupit inſania. Tunc eccliarum rapine. tunc di
uinorū temeratio uaſorū. tunc pollutis ethnicorū manibus ſacra
polluta ſunt miniſteria. tunc paganorum opificū preſidia aduerſus
xp̄m comparata cū aſſumpcōe palmarū qđ idolatrie apud Alex
andriā inſigne eſt. ad ecclīam pergere compellebantur xp̄iani. ut ar
rianorum populi crederentur. Propter ſcelus horret animus replicare que
geſta ſunt. Virginū matronarūque ereptus eſt pudor. Sanguis
ouiū in xp̄i templo effuſus ueneranda reſperſit altaria. Baptiſteriū
pro uoluntate gentiliū pollutū eſt. nichil defuit uiſionis ueritati
ut monſtrauit effectus. quia calcitrantiū mulorum indiſciplinatio
arrianorum eſt impietas. Sed iſtam triſticiā conſequentis reuela
cionis proſperitate ſolatus eſt et ait. Nolite filioli merore uos penitus
cedere. Ut enī iratus eſt dn̄s ſic rurſū miſerebitur et ſuū cito ecclie
recuperabit ornatū. Eos que qui in perſecucōibus fidem dn̄i ſeruauerint
ſolito uidebitis fulgore lucentes. Reuertentur ad foueas ſuas ſer
pentes et religio longius propagabitur. tantū uidete ne fidei uestre ſin
ceritas arriana labe ſordeſcat. non Apl̄orum ſed demonū et patris
eorum diaboli iſta doctrina eſt. Ob id per inſipienciā iumētis ſimi
lis pecudū eorū expreſſus eſt animus. hucuſque Anthonius. Sed
nos minime conuenit diffidere tam grande miraculū per hoīem
potuiſſe protendi. Saluatoris enim eſt iſta promiſſio dicentis. Si
habuitis fidem ſicut granū ſinapis. diceretis huic monti transfer
te et transferetur. et nichil impoſſibile erit uobis. Et iterū. Amē
amen dico uobis. omne quodcumque patrē pecieritis in noīe meo
dabit uobis. petite et accipietis. Ipſe enī diſcipulis ſuis et uni
uerſo gregi credenciū nunc ſubiectionē demonū. nunc uariarū

infirmitatũ pollicens curacionem dicebat. Gratis accepiſtis gratis
date. Nũqd ſue uirtutis imperio curabat Anthonius: nũqd ſue
poſſibilitatis arbitrabatur ee̅. qđ fecerat orõnibꝰ: non p̄ceptis de
mones morbiq; ceſſerũt. ſed ad xp̄i dei inr̄ nõiacione̅ ſemꝑ uni
uerſa pfecta ſunt. Nemo ſapienciũ. ſanitatũ admiracõem aſſeri
bat Anthonio ſed dño ſhū qui ſolitã erga creaturas ſuas exhi
bens beniuolenciã. nũc quoq; per electũ famulũ ſuũ indulgent̃
exercuit. Anthonius tantũ orabat. et ob uite eius merita. cũc
ta dn̄s largiebatur. Sepe autẽ et contra uolũtatẽ ad exteriorem
montẽ a fratribꝰ pducebatur. Et cũ iudices qui ad interius ar
chiſteriũ ꝓpter aſperitatẽ itineris et obſequenciũ multitudinem
et horridam ſolitudinẽ ire non poterãt pueniret. et quererent ut
eius fruerentur aſpectibꝰ nec impetrare poſſent. quia moleſtiſſiẽ
ferebat uexacionẽ diſcurſuũ. ipos cathenatos quos aut noxietas
aut uigor publicus conſtrinxerat. ad eum deſtinabãt ſcientes ta
les ab Anthonio nõ poſſe contẽpni. quoꝝ fletibꝰ ſupatꝰ ptra
hebatur ad exteriorem montẽ. agnoſcens laborẽ ſuũ utilẽ miſeris
fore. Suadebatq; iudicibus qui eum inuitauerant ut in ſentẽcia
proferenda et odio et gracie. dei timorẽ anteponerẽt. nec ignora
re eos debere quod ſcriptũ eſt. Quocũq; iudicio iudicaueritis in
eo iudicabitur de uobis. Et tamẽ inter medios ſermones care ſi
bi ſolitudinis recordabatur. Poſt coactã itaq; pn̄ciam. quã ducis
preces et qđ uerius eſt miſeroꝝ fletus extorſerat. poſt ſalutaria
monita poſt reoꝝ cõmendacionem quorũdã uero et abſolucio
nẽ poſtulanti duci ut paulo largius eidem ſuã pn̄ciã indulgẽt
ait non ſe poſſe diucius ibidem morari. tali uſus exemplo. qđ
ſicuti piſces ab aqua extracti mox in arenti terra moriũt: ita et
monachi cũ ſecularibꝰ retardantes huanis ſtatĩ reuolui confabu
lacõibus. ob id ergo cõuenit ut piſces ad mare. ita nos ad mõ
tẽ feſtinare ne tardantibꝰ nobis aliqua ꝓpoſiti ſuccedat obliuio.
Sic tanta hoĩs ſciã dux miratus. iuſtã de eo tulit ueraq; ſniam
dicens. Verũ iſtũ ee̅ dei famulũ. nec in ruſtico hoĩe potuiſſe tã

tam aliquādo uīcē ſapienciaz niſi diuino amore regēt. Preteā
cum Balachius qui ſub Neſtorio prefecto. Alexandrie dux Egypti
fuit. homo arriane iniquitati ſtudioſiſſimꝰ fautor. ita xp̄i eccliaz
pſequētur. ut aīo ueſano uirgines monachos qꝫ nudatos ūberarz
in publico. ad eū Anthonius lr̄as miſit. quarū iſta ſnīa eſt. Video
iram dei uenientē ſuper te. deſine pſequi xp̄ianos. ne te ira occupet
que pximū iam tibi minatr̄ interitū. Legit infelix eplāz et irriſit.
atqꝫ in eā exſcreans proiecit in terram. portitores quoqꝫ multis affici
ens iniuriis. Anthonio talia renūciari precepit. Qm̄ tibi cura mag
nope monachoꝝ eſt. etiā ad te mei uigoris tranſiliet diſciplina.
Sed confeſtim minitatorē oppreſſit ſuppliciū. et poſt quinqꝫ dies os
effrenatū ultio diuina compeſcuit. Egreditur ad primā manſionē
Alexandrie que appellatr̄ cereū cū ſupradc̄o Egypti pfecto Neſtorio.
Vehūtur equis quos inter om̄s Balachij equus erat quos māſue
tiſſimos nutriebant. cum igitur pariter ſolito ſibimet equi allude
rent. mitior quo Neſtorius uehebatr̄. morſu repentino Balachiū
decuſſit in terram. et ſic in eū inhians femora eius lacerauit atqꝫ
corroſit. ita ut ſtatim relatus ad Ciuitatē poſt terciū diē moretr̄.
Vniūſiqꝫ cognoſcerent. minarū ab Anthonio predc̄aꝝ effectum
quantocius conſecutū. digno pſecutoris fine cōpleto. Ceteros ad
ſe uenientes miri cū modeſtia admonebat ut oblita ſcli dignita
te remocioris uite beatitudinē appeterent. Hi qui autē maiori
ptāte premebant. nec poterant obtinē iuſticiā ita eos obnixe
defendebat ut ipſe pro illis pati uidētur iniuriā. Multis utilis
fuit pclari ſexus orō. multi magnis diuicijs et alcioris gradu
milicie derelicto. eius herē curriculis cupiebāt. Et ut infinita
breui ſermone cōprehendā. bonū Egypto mediciū xp̄c indulſerat
Quis non triſticiā apud Anthoniū mutauit in gaudiū. quis
non iram uertit in pacē. quis orbitatis luctū non ad eius tē
perauit aſpcū. quis nō merore paupertatis quo pmebatr̄ abiecto
ſtatu et diuiciū deſpexit opulencias et in ſua letatus eſt paupta
te. quis poſt laſſitudinē monachus. nō eius uegetatus eſt hor

tamentis: quis adoleſcens etatis ſuccenſus ardoribꝫ non ex eius ad
monitu pudicicie amator fuit: quis uexatus a diabolo ſine me
dela reduxit: quis inimici cogitacōibꝫ diſtractus non cecā tēpeſta
te ſopita ſereno regreſſus eſt animo: Sciebat enī quo quiſqꝫ labo
raret īcomodo. et ex uite meritis diſcrecionē ſpūum agnoſcens ad
hibebat morborū ꝑut erant uulnera ſanitatē. Vnde effectū eſt
ut poſt eius doctrinam oīs diaboli panderētur inſidie. Multe
quoqꝫ ad eius conſpectū deſponſate puelle ab ipſo pene thalamo
recedentes in eccłie matris gremio conſederūt. Quid plura. Tocius or
bis hoīes ad eū confluebant et uniuerſaꝝ gencium uarietas belli
coſiſſimū cont̄ demones uirū conſpicē geſtiebat. Nullus ſe fruſtra
illuc ueniſſe conqueſtus eſt. omibꝫ delectabile atqꝫ iocūdum laboris
cōmerciū fuit. fatigacio enī itineris emolumētū uiatici reporꝭbat
ſicut rei ꝓbauit effectus. nam poſt reſolucōez eius quaſi cōmunem
uulnē orbitatis excepto ꝓpriū ſinguli luxerūt parentem
Quis autē finis eius uite fuerit dignū eſt et me cōmemorare
et uos condeſideretis audire. quia et hoc in eo imitabile c
cunctis fuit. iuxta cōſuetudinē ad uiſendos fratres qui in exteriori
monte erant uenit. ibiqꝫ a diuina ꝓuidencia de ſua morte cōdiſ
cens ita exorſus eſt. Vltimā filioli prīs audite ſnīam. Non enī ar
bitror qꝫ in hoc ſclō iterū nos uiſuri ſim⁹. cogit condicio nature
ut poſt centenariū numerū quem annis quinqꝫ ſupgredior iā
reſoluar. Ita locutus audienciū pectora contriſtauit. gemit⁹ lacri
meqꝫ dicta merencia conſecuta ſunt. Amplexabant eū vniuſi
quaſi iam de ſeculo receſſurū. At ille tamqꝫ alienā deſerēs ad ꝓ
piam patriā ꝓficiſceretur. magna cū leticia p̄cipiebat deſidiam
inſtituto nō debere ſubrepe. ſed tamqꝫ cotidie morituros ut ante
p̄dixerat. a ſordidis cogitacōibꝫ animā cuſtodire et omnē emu
lacionē ad ſcōs quoſqꝫ conuertere. ad ſciſmaticos uero ne ꝓpe qui
dem accedere. Scitis enī aiebat eorū antiquā ꝑuerſitatē. neqꝫ
cū arrianis in cōmunione iungamini quia impietas eoꝝ iam
omibꝫ manifeſta eſt. His eciam illud addebat. nullū debē xp̄ia

nū cum seculi uiderit p̄rtes pro arrianorꝫ et militanorꝫ pug
nare nequicia · facile a xp̄i integrita discedere ueritate mortalium
ēē illam defensionē nec diu fallacē p̄manē posse fantasiam. Quapp
ter aiebat · Custodienda est filioli pia fides in xp̄o et patrū religio
sa tradicio quā et scripturarū · lectione · et crebro mee paruitatis di
dicistis admonitu. Finito sermone fratres · eū uehemētissime certar
dabant glōso p̄ris cupientes termino decorari. Sed multas ob cau
sas quas et silencio demonstrabat p̄cipue tamē ob p̄sumptaꝫ Egip
ti consuetudinē contra dixit. mos etenī Egiptijs est · nobiliū et pre
cipue btōrꝫ martyrū corpa lintheamine quidē obuoluē · et studiū
funeri solitū domi nō negare · terra uero non abscondē · sed super lec
tulos domi posita reseruare. Hunc honorē quiescentib; reddi īuete
rate consuetudinis uanitas tradidit · De hoc Anthoni9 sepe et Ep̄os
deprecatus est ut pplm ecclīastica contestacione corrigerēt et
laicos uiros et mulieres rigidius ip̄e conuenit dicens nec le
gitimū hoc ēē nec deo placitū · quippe cū p̄riarcharꝫ et pp̄ha
rū sepulchra que ad nos usqꝫ p̄durant · hec facta conuincerēt · Do
minici quoqꝫ corpis exemplū oportere intueri iubebat · quod in se
pulchro positū lapide usqꝫ ad resurrectiōis diem terciū clausū fuit.
· Atqꝫ his modis uiciū circa defunctos Egipti · eciā si sancta ēēnt
corpa coarguebat dicens · Quid maius aut sanctius corpe potest
ēē dn̄ico · quod iuxta consuetudinē gencium ceterarꝫ humo conditū
est. Hec ista p̄suasio multorū insitū euellit errorē · et repositis in
terra cadaueribꝫ deo gracias pro bono magisterio retulerunt · Metu
ens igitur consuetudinē supradictam · ne eodeꝫ eciam circa se laberē
tur errore · celeriter uale dicēs monachis qui confluxerant · ad amic
uirtutis habitaculū repedauit

POst menses autē paucos · cum mediocre īcomodū senilia
mēbra turbasset · uocatis ad se duobꝫ fratribꝫ quos ibidē ante
quindecī annos modico īteruallo seiunctos instituerat · quiqꝫ ei iā
senī ceperant ministrare · ait. Ego quidē filioli scdm eloquia scriptūrꝫ
patrū gradior uiam · iam eniꝫ me dn̄s īuitat · iā cupio uidē celestia ·

Sed uos o uiſcera mea admoneo ne tanti temporis laborē repente ꝑ
datis. hodie uos religioſum ſtudiū arripuiſſe arbitremini. et quaſi
cepte uoluntatis fortitudo ſuccreſceret. Varias demonū noſtis inſidi
as. vidiſtis eorum et impetus feroces et uires effeminatas. Ihm̄ ſuſ
pirate. credulitatē nominis eius uris figite mentibus et a certa fide
uniuſi demones fugabūtur. Memētote etiā admonitionū mearū
et incerte condicōis. uitam cotidie ancipitē retractate. et celeſte uo
bis p̄miū ſine cunctamine tribuet. Sciſmaticorum quoque et heretico
rū uenena uitate. meū circa eos ſtudiū ſectemini. xp̄i ſunt inimici
Scitis ipi quod nullus michi pacificus quidem ſermo cum eis aliquā
do fuerit propter prauā eorū uoluntatē et ptinax contra xp̄m bellum.
In hoc autē magis eſtote ſolliciti ut dn̄i precepta ſeruetis ut poſt
mortē uram ſancti quique quaſi amicos et notos in eterna uos reci
piant tabernacula. Hec cogitate hec ſapite hec retexite. ſi qua mei
uobis cura ſi qua patris memoria eſt. ſi michi uiſcerū repreſtatis
affectū. nullus ad Egiptū meas pferat reliquias. ne uano corpus
honore ſeruetur. ne uitupari ut noſtis a me ritus etiā circa me
ſeruētur obſequia. huius enī rei grā marie huc ſum regreſſus
Vos igitur humo tegite uos priš opite corpuſculū. et illud quo
que ſemꝑ uri cuſtodite mandatū ut nemo preter uram dilcōnem
locū tumuli nouerit. confido in dn̄o quia neceſſario reſurrectōis
tpe hoc corpuſculū reſiliet incorruptū. Veſtimentorum autē meorū
ſit iſta diuiſio. Melotem et palliū tritū cui ſuperiaceo. Athanaſio
Ep̄o date quod ipe michi nouū detulerat. Serapion Ep̄s alium
accipiat melotē. vos cilicinū habetote ueſtimentū et ualete uiſcera
mea. Anthonius enī migrat et iam non erit in pn̄ti ſeculo uobiſ
cū. Et cū uerba finiſſet. oſculantibus ſe diſcipulis extendens paulu
lū pedes mortē letus aſpexit. ita ut ex hilaritate uultus eius ſcō
rū angelorum qui ad pferendam aīam eius deſcenderāt pn̄cia noſce
tur. hos intuens tamquam amicos uideret aīam exalauit et additus
eſt patribus ſcd̄m ordinē ſcripturarum. Seruauerūt uero mandata
diſcipuli. nā inuolutū corpus ut preceperat humo operientes et nemo

alter usq; ad hunc diem preter eos ubi sit conditus nouit. Lega
tarius autē Anthonij benedicti qui tritū palliū cū melote impe
rio eius meruerat accipe Anthoniū in Anthonij muneribȝ am
plectitur et tanq̄ magna hereditate ditatus letant᷑ per uestimē
tū recorda-tur ymaginē sanctitatis. Hic Anthonio uite terminꝰ
fuit ista principia meritoꝝ. que licet parciore ut p̄dixi sermone
narrauerī. tamē ex istis potestis aduertere qualit᷑ homo a pueritia
usq; ad senectutē puenerit. q̄ omni semper debilitacōe calcata nec
languori nec longe quidē etati aliquando concessērit. magis at̄
equalitatē ꝓpositi tenens nec uestimentū mutauit nec pedes
lauit. nec escam sectatus est molliorē. oculorū quoq; aciem et nu
merū dentiū licet paululū ob etatē uideretur attriti. necnō et pe
dum incessū tocius eciā corpis firmitatē ita contra iura nature ꝑ
meritoꝝ gracia custodiuit. ut lautoꝝ corpum que balneis atq;
delicijs confouent᷑. hilarior eius caro uideretur. Hoc eciā fr̄es
q͞d per omnes ꝓuincias amor eius famaq; uolitauit. quē nec libro
rū disseminatoꝝ oracio luculenta. nec mūdane sapie disputacio.
nec nobilitas ḡnis. nec opum infinita congestio cōmendauit. cui
oīum ore est asscribendum nisi xp̄o cuiꝰ hoc donū est. qui deuo
tū eius animū erga suam ꝓuidens maiestatē. hoīem alio pene or
be celatū. et inter tantas positū solitudines. Affrice Hispanie Gallie
Italie Illirico. ipī eciam que urbiū caput est Rome ut in exordio p
miserat demonstrauit. Creatoris est ista benignitas que famulos su
os licet nolentes nobilitare consueuit ut uirtus possibilis nec extra
humanā eē naturā sanctoꝝ doceatur exemplis. et ad beate uite
imitacōem ex fructu laboris optimus quisq; impellat᷑. Hunc itaq;
frīb; librū magnope legere curate. ut agnita fideli uita sublimiū
xp̄ianoꝝ et monachorū. sciant q̄ Saluator nr̄ xp̄s JHS glorificā
tes se glorificat. et seruientibȝ sibimet non tantū regna celoꝝ. sed
eciam hic in ipīs monciū secretis latere cupientibȝ fame tribuit no
bilitatē. scilicet ut ipī fruant᷑ laude meritoꝝ. et ceteri eoꝝ ꝓuocē
tur exemplis. Si autē necessariū fuerit et gentibus legite. ut uel

ſic agnoſcant quia dn̄s nr̄ IHS xp̄us non ſolum eſt deus dei filiꝰ
ſed eciam his qui eum ſollicite colunt et in eum fideliť credūt hāc
dedit ptātem ut demones quos illi deos arbitrant̄ conculcent
atqꝫ eiciant deceptores ſcilicet hoīm et tocius corrupcōis artifices.
Explicit uita ſancti Anthonij monachi et heremite primū
in greco ſcripta ab Athanaſio Epō Alexandrino trāſlata in lati
no ab Euagrio pbro. utilis ad monachos et neceſſaria ſatis ad in
ſtructionem uirtutū et informacōem ſancte regule feliciter AMEN

Incipit uita ſancti Pauli primi heremite

author Hieronymo vid in fine

Inter multos ſepe dubitatū eſt a quo potiſſimū monachoꝝ
heremus habitari cepta ſit. Quidam enī altius repetētes
a beato Helya et Iohāne principia ſumpſerūt. quoꝝ et He
lias plus nobis uidet̄ fuiſſe ꝙ monachus et Iohannes ante
ꝓphare cepiſſe ꝙ natus ſit. Alij autē in quā opinionē omē
uulgus conſentit aſſerūt Anthoniū huius ꝓpoſiti caput.
quod ex parte uerū eſt. non enī tam ipē ante omnes fuit
ꝙ ab eo omniū iniciata ſunt ſtudia. Amathas uero et Macha
rius diſcipuli Anthonij. e quibꝰ ſupior corpus mgr̄i ſepeliuit. eciā
nūc affirmant Paulū quendā thebeū principē rei iſtius fuiſſe. nō
tam noīe ꝙ opinione quod nos quoqꝫ pbamus. Nonulli hec et a
lia prout uoluntas tulit. iactitant ſub terraneo ſpecu crinitū calca
neotenus hominē. et multa que proſequi ocioſū eſt incredibilia
fingentes. quorū quia impudens mendaciū fuit. nec refellenda
quidem ſentencia uidetur
Igitur quia de Anthonio tam greco ꝙ romano ſtilo diligenter
memorie traditū eſt. pauca de Pauli principio et fine deſcribē diſ
poſui. magis quia res omiſſa erat ꝙ fretus ingenio. Quomodo āt
in media etate uixerit aut quas Sathane ptulerit inſidias. nulli
hoīm compertū habetur. Sub Decio et Valeriano pſecutoribꝰ. quo
tpe Cornelius Rome. Cyprianus Carthagine felici cruore martyri

Incipit vita sci pauli primi heremite

um ptulerit· multas apud Egiptū et Thebaidā ecclias tempestas
seua pplāta est· Voti tunc xpianus erat pro noīe dei gladio pcuti
Uerū hostis callidus tarda ad mortē supplicia conquirēs animas
cupiebat iugulare non corpa· et ut ipse qui ab eo passus est Cypria
nus ait· uolentibus mori non pmittebātur occidi· Cuius ut crude
litas notior fiat duo hec memorie causa exempla subicim9· Perseue
rantē in fide martyrē et inter eculeū lāminasq; uictorē iussit melle
pungi et sub ardentissimo sole religatis post tergū manib; resupina
ri scilicet ut muscarū aculeis cederet qui ignitas sartagines ante supe
rasset· Aliū iuuenili etate florentē in amenissimos hortulos pcepit
adduci ibiq; inter candentia lilia et rubentes rosas cū leni iuxta mur
mure serperet riuus et molli sibulo arborū folia uentus stringet· sup
stratū plumis lectulū supinari iussit· et ne posset inde se excutē blan
dis sertorū nexib; irretitū relinqui· quo cū recedētib; cunctis mētrix
speciosa uenisset cepit delicatis stringē colla cōplexibus et quod dictu
quoq; scelus est manibus attrectare uirilia ut corpe in libidinē cōci
tato meretrix ipudica se supiaceret· Quid ageret miles xpi· quo se cō
ferret· quē tormenta non uicerāt· supabat abhoīata uoluptas· Tan
dem celitus inspiratus pcisam morsibus linguā in osculantis se faci
em expuit ac sic libidinis sensum succidens doloris magtudīe opssit·
Per idem ergo tempus quo talia gerebant apud inferiorē
thebaidam· cum sorore iam uiro tradita post mortē amborū
parentū in hereditate locupleti· Paulus relictus est annorū circit
sedecim· lrīs tam grecis q̄ egypciacis adpme eruditus mansueti
animi deū ualde amans· Et dum psecucōis detonaret pcella in uil
la remociori manebat· Verū quid pectora humana non cogit au
ri sacra fames· Sororis maritus cepit uelle prodere quē celare de
buerat· nō illū ut assolet uxoris lacrime non cōmunio sanguinis
non spectans cuncta ex alto deus ab scelere reuocabat· Aderat in
stabat crudelitate quasi pietate utebatur· Quod ubi prudentissim9
adolescens intellexit ad monciū secreta confugiens dū psecucōis
finē prestolabatur necessitatē in uoluntatez uertit· ac paulatī pce

deus· cursus qꝫ tantūdem atqꝫ idem ſepius faciens reperit ſaxeū
montē· ad cuiꝰ radicē haud grandis ſpelunca lapide claudebatᷣ
quo remoto· ut eſt cupiditas hoīm auidius occulta cognoſcere
animaduītit intus grande ueſtibulū· quod apto deſuper celo pa
tulis diffuſa ramis uetus palma contexerat fontē lucidiſſimū
oſtendens· cuiꝰ tantūmͦ riuū foras ſtatim ea que genuerat terra
ſorbebat· Erant p̄tēa per exeſum montē haud pauca habitacu
la· in quibꝫ ſcabre iam incudes et mallei quibus pecunia ſigᷓ
batur uidebantᷣ. Hunc locū egyptioꝝ littere ferunt furtiuam
monete officinā fuiſſe· ea tempeſtate qua Cleopatre iunctus
Anthonius eſt· Igitur quaſi adamatū a deo ſibi offerretᷣ habi
taculū· omēz ibidem orōnibꝫ in ſolitudine duxit etatem· Cibū
et ueſtimentū ei prebebat palma· quod ne cui impoſſibile uide
atur· IHM teſtor et ſanctos angelos eius· in ea parte heremi qui
iuxta Syriam ſarracenis iūgitur· et uidiſſe me monachos et ui
dere· e quibus vnus triginta iam per annos clauſus ordeacco pa
ne ueſcitur· et luculentā aquā bibit· Alter in ciſterna ueteri quā
gentili ſermone Syricubā uocant· quinqꝫ caricibꝫ per ſingulos di
es ſuſtentabatur· Hec incredibilia uidentᷣ eis· qui non crediderint
omīa poſſibilia eē credentibꝫ· Sed ut ad id redeam unde digreſſus
ſum· cū iam centeſimo tertiodecimo etatis ſue anno beatus Paulus
celeſtem uitam ageret in terris· et nonagenarius in alia ſolitudine
Anthonius moraretur· ut ip̄e aſſerē ſolebat· hec in mentē eius inci
dit cogitatio· nullū ultra ſe monachoꝝ in heremo conſediſſe· atqꝫ
illi per noctē quieſcenti reuelatū eſt· eē aliū interius multo ſe meli
orē· ad quem uiſitandū debetᷣ ꝓperare· Illico erūpente luce uenera
bilis ſenex infirmos artus baculo regente ſuſtentans cepit ire uelle
quo neſciebat· et iam media dies coquente deſup̄ ſole feruebat· nec
tamē a cepto itinē reuocabatur dicens· Credo in deo meo qꝫ ſeruum
ſuū quem michi ꝓmiſit oſtendet· Nec plura· his interea conſpicatᷣ
hoīem equo mixtū· cui opinio poetaꝝ centaurū uocabulū indidit
Quo uiſo· ſalutaris impreſſione ſignaculi armat frontē· Heus tu

ingt· qua nã

inquit· qua nam in parte dei seruus hic habitat? At ille barba
rū nescio quid infrendens et frangens potius uerba q̄ proloquens
inter horrentia ora setis blandū quesiuit alloquiū· et cum dextere
manus protensione quesitū iter indicat· ac sic per patentes campos
uolucri transmittens fuga ex oculis mirantis euanuit· Verū utrū
hoc diabolus ad terrendū eum simulauerit· an ut solet herem⁹ mō
struosorū ferax aīaliū istam quoq; gignat bestiā incertū habem⁹
Stupens itaq; Anthonius· et de eo quod uiderat secū reuoluēs ul
terius pgrediebatur· nec mora inter saxosam cōuallem haud gran
dem homūculū uidit aduncis naribus fronte cornib; asperata cu
ius extrema pars corporis in caprarū pedes desinebat· Et hoc atto
nitus spectaculo· scutū fidei et loricā spei bonus preliator arripuit
Nichilominus memoratū animal palmarū fructus ad uiaticū quasi
pacis obsides offerebat· Quo cognito gradū pressit Anthonius et
quisnā eēt interrogans· hoc ab eo responsū accepit· Mortalis ego
sum et un⁹ ex accolis heremi quos uario delusa errore gentilitas
faunos· satyrosq; et incubos colit· legatione fungor gregis mei
p̄camur ut pro nobis dnm̄ cōmunē deprecteris quē in salutē mun
di olim uenisse cognouimus· et in uniūsam terrā exijt sonus ei⁹· Tali
a eo loquente longeuus uiator ubertim faciē lacrimis rigabat qs
magnitudo leticie indices cordis effuderat· Gaudebat quippe de xpi
gloria et de interitu Sathane· simulq; admirans q̄ posset eius intel
ligere sermonē· et baculo humū percutiens aiebat· Ve tibi Alexandri
a que pro deo portenta ueneraris· ue tibi ciuitas meretrix in quā to
tius orbis demonia confluxerūt· quid nūc dictura es? bestie xpm lo
quuntur· Necdū uerba compleuerat· et quasi pēnigero uolatu petulcū
aīal effugit· Hoc ne cui ad incredulitatē scrupulū moueat· sub Rege
Constantino uniūso mūdo teste defenditur· Nam in Alexandriam
istiusmodi homo uiuus pductus magnū spectaculū pplo prebuit
et postea cadauer exanime ne a calore estatis dissiparetur sale īfusū
et Anthiochiā ut ab Impatore uiderētur allatū est· Sed ut ppositū
prosequar· Anthonius cepta regione itinē pgebat· ferarū tm̄ uesti

gia intuens et herem latissimã uastitatẽ. quid ageret quo uerteret
gradũ nesciebat. Iam altera fluxerat dies. restabat unũ ut deseri se
a xp̄o non posse confideret. pnoctans secundas in orõne exegit tene
bras. sed dubia adhuc luce haud procul intuebatur lupam sitis ar
doribꝫ anhelantẽ ad radicẽ montis irrepe. quã secutus oculis et iux
ta speluncam cum fera abisset accedens cepit intro inspicẽ. nichil cu
riositate pficiente tenebris arcebatur uisũ. sed ut scriptura ait. pfecta
caritas foras mittit timorẽ. suspenso gradu et anhelitu tẽperato.
callidus explorator ingressus est. Ac paululũ progrediens sepiusqꝫ
subsistens sonũ aure captabat. tandem per ceca noctis horrorẽ pro
cul lumẽ intuitus. dũ audius pperat. offensus pede lapis strepitũ co
citauit. post cuius sonitũ btūs Paulus hostiũ quod patebat recludens
sera obfirmauit. Tunc uero Anthonius pro foribus corruens usqꝫ
ad sextam et eo amplius horã aditũ precabatur dicens. Quis sim
unde et cur ueneri nosti. scio me non mereri conspectũ tuũ. tamen
nisi uidero non recedam. qui bestias suscipis. hoĩem cur repellis?
quesiui et inueni. pulso ut aperiatur michi. quod si non ĩpetro hic
moriar ante postes tuos certe sepelies uel cadauer. Talia pstabat
memorans. fixusqꝫ manebat. Cui responsũ ppaucis ita reddidit
heros. Nemo sic petit ut minetur. nemo cũ lacrimis calumpniam
facit. et miraris si non recipiã cũ moriturus adueneris? sic ar
ridens patefecit ingressum. Quo apto cum in mutuos miscerẽt
amplexus. ppriis se salutauẽ nomĩibꝫ. gracias dño in cõmune refe
runt. Et post sanctũ osculũ residens Paulus cũ Anthonio ita ex
orsus est. En quem tanto labore quesisti putribꝫ senectute mẽbꝭ
operit inculta canicies. en uides hoĩem puluerem mox futurũ.
Verũ quia caritas omĩa sustinet. narra michi queso ut sese ha
beat hoĩm genus. an in antiquis urbibꝫ noua tecta consurgãt.
quo mũdus regatur imperio. an supsint aliqui qui demonuꝫ
errore rapiantur. Inter has sermocinationes suspiciũt alitẽ cor
uũ in ramo arboris consedisse. qui inde leniter subuolans integrũ
panẽ ante mirantiũ ora deposuit. post cuiꝰ abscessũ. eia inquit

Paulus . dn̄s nobis prandiū miſit . Vere pius uere miſericors . ſexa
ginta iam anni ſunt q̄ dimidij ſemper panis fragmen accipio .
uerū ad aduentū tuū militib; ſuis xp̄s duplicauit ānonam . Igi
tur in dn̄i gr̄arū actione celebrata ſuper uitrei marginē fontis
uterq; conſedit . Hic uero quis frangeret panē oborta contencio
pene diem duxit in ueſperam . Paulus more cogebat hoſpitij . An
thonius iure refellebat etatis . Tandem conſiliū fuit ut apprehēſo
e regione pane dum ad ſe quiſq;s trahitur pars ſua remaneret in ma
nib; . Dehinc paululū aque prono in fonte ore libauerūt . et īmolā
tes deo ſacrificiū laudis . noctem uigilijs tranſegerūt . Cumq; iam
terris eēt redditus dies . beatus Paulus ad Anthoniū ſic locutus
eſt . Olim te frater in iſtis regionibus habitare ſciebam . olim cōſer
uū meū michi promiſerat dominus . ſed quia iam dormicioīs tē
pus aduenit . et qđ ſemp cupiebā diſſolui et eē cum xp̄o . peracto cur
ſu . ſupeſt michi corona iuſticie . tu miſſus es a deo qui humo cor
puſculū tegas . ymo terre terrā reddas . His Anthonius auditis
flens et gemens . ne ſe deſerēt . atq; ut comitē talis itineris acciperet
precabatur . At ille . non debes inquit querē que tua ſūt . ſed que
aliena . expedit enī tibi ſarcina carnis abiecta agnū ſequi . Sed
et ceteris expedit fr̄ibus ut tuo adhuc inſtituantur exemplo . Q̄re
obſ̄ perge queſo ſi moleſtū non eſt . et palliū quod tibi Athana
ſius Ep̄s dedit ad īuoluendū corpuſculū meū defer . Hoc autē
beatus Paulus rogauit . non quo magnopere curaret utrū tectum
putreſceret cadauer an nudum . quippe qui cū tanto temporis ſpacio
contextis palmarū folijs ueſtiebatur . ſed ut a ſe recedens merore
ſue mortis leuaretur . Stupefactus ergo . Anthonius qđ de Atha
naſio et pallio eius audierat quaſi xp̄m in Paulo uidens et in pec
tore eius deum uenerans . ultra reſpondere nichil auſus eſt . ſed
cū ſilencio lacrimans . exoſculatis eius oculis manib;q; ad monaſte
riū quod poſtea a Sarracenis occupatū eſt regrediebatur . Neq; ū
greſſus ſequebant᷑ animū . ſed cum corpus inane ieiunijs ſeniles
eciam anni frangerent . animo uincebat etatē . tandem defatigat᷒

et anhelus ad habitaculū ſuū confecto itinē pueniť. Cui cū duo
iam diſcipuli qui eciam longeuo miniſtrare ceperāt occurriſſent
dicentes. Vbi tam diu moratus es pater. reſpondit. Ve michi pccō
ri quia falſū nomē monachi porto. uidi Helyam. uidi Johannē
in deſerto et uere in paradiſo Paulū uidi. Ac ſic ore compreſſo et
manu uerberans pectus. illud e cella palliū ptulit. rogantibuſq;
diſcipulis ut plenius quidnā rei eēt exponeret. ait. Tempus loq̄
di et tempus tacendi. Tunc egreſſus foras. et ne modicū quidem
cibi ſumens per uiam qua uenerat regrediebatur. illū ſiciens. il
lū uidere deſiderans. illū oculis ac mente complectens. timebat eī
quod et euenit. ne ſe abſente debitū xpō ſpm̄ redderet. Cumq; iam
dies illuxiſſet alia. et triū horarū ſpacio iter remaneret. uidit int̄
angelorū cateruas. inter pphārū et Aplōrū choros niueo candore
Paulū fulgentē in ſublime conſcendere. et ſtatim in faciem pcidēs
ſabulū capiti ſupiaciebat. plorans atq; eiulans et dicens. Cur me
Paule dimittis? cur abis inſalutatus? tam tarde notus. tam cito re
cedis? Referebat quoq; beatus Anthonius poſtea. tanta ſe uelocita
te quod reliquū erat uie cucurriſſe ut ad inſtar auis puolaret. nec
īmerito. Nam introgreſſus ſpeluncā uidit genibȝ complicatis erec
ta ceruice. extenſiſq; in altū manibȝ corpus exanime. ac primo et
ipſe uiuē eum credens pariter orabat. poſtq; uero nulla ut ſolebat
ſuſpiria precantis audiuit. in flebile oſculū ruens. intellexit q̄ eciā
cadauer ſancti deum cui om̄ia uiuūt officio geſtus precabatur.
Igitur obuoluto et prolato corpe foras. pſalmis quoq; ex xpiana
tradicione cantatis. contriſtabatur Anthonius q̄ ſarculū quo ter
ram foderet non haberet. fluctuans uario mentis eſtu et ſecū mul
ta reputans. Si ad monaſteriū reuertar quatriduū iter eſt. Si hic
maneā nichil ultra pficiam. moriar ergo ut dignū eſt. et iuxta
bellatorē tuū xpē ruens extremū alitū fundam. Talia eo animo
uoluente. ecce duo leones ex interioris heremi parte currentes
uolantibȝ per colla iubis ferebant. quibȝ aſpectis primū exhorru
it. rurſus q; ad dm̄ mentē referens qui colūbas uidiſſet manſit

intrepidus. Et illi quidem directo curſu ad cadauer beati ſenis ſub
ſtiterũt. adulantibꝫ q3 caudis circa eius pedes accubuẽ. fremitu ingẽ
ti rugientes. prorſus ut intelligẽs eos plangere quomõ poterant. Deinde
haud procul ceperũt humũ pedibus cauare harenãq3 certatim ei
cientes. unius homĩs capacem locũ effodere. et ſtatim quaſi merce
dem pro ope poſtulantes cũ motu aurium ceruice ſubiecta ad Antho
niũ perrexerũt manus eius pedeſq3 lingẽtes ut ille aĩaduertẽt bene
dictionẽ eos a ſe deprecari. Nec mora et in laude xpi effuſus q mu
ta quoq3 aĩalia ſe ſentirent ait. Dñe ſine cuius nutu nec foliũ ar
boris defluit nec unus paſſerũ ad terrã cadit. da illis ſicut tu ſcis.
et manu ãnuens ut abirent imperauit. Cũq3 illi receſſiſſent ſancti
corporis oneri ſeniles curuauit humeros. et depoſito eo effoſſam deſup
humũ congregans tumulũ ex more cõpoſuit. Poſtq̃ aũt dies illux
erat alia. ne quid pius heres ex inteſtati bonis nõ poſſideret. tunicã
ſibi eius uendicauit quã in ſportarũ modũ de palme folijs ſibi ipſe
texuerat. Ac ſic ad monaſteriũ reuerſus diſcipulis ex ordine cuncta
replicauit. diebꝫq3 ſollempnibꝫ Paſche uel Penthecoſten ſemp Pauli tu
nica ueſtitus eſt. Libet in fine opuſculi interrogare eos qui patrimonia
ſua ignorant. qui domos marmoribꝫ ueſtiũt. qui uno lino uillarũ inſu
unt precia. huic ſeni nudo quid umq̃ defuit. Vos gẽmia bibitis. ille cõ
cauis manibꝫ nature ſatiſfecit. uos in tunicis aurũ texitis. ille nec
uiliſſimi quidẽ mancipij uri indumentũ habuit. Sed ecõtrario illi pau
perculo Paradyſus patet. uos auratos gehẽna ſuſcipiet. Ille xpi ueſtẽ
nudus licet ſeruauit. uos ueſtiti ſericis indumentũ xpi pdidiſtis. Pau
lus uiliſſimo puluẽ iacet coopertus. uos operoſa ſaxi ſepulchra premunt cũ
uris opibus arſuros. Parcite queſo uos parcite ſaltem diuitijs quas ama
tis. cur et mortuos uros auratis obuoluitis ueſtibus. cur ambitio inter
luctus lacrimaſq3 non ceſſat. an cadauera diuitũ niſi in ſerico putreſ
cere neſciũt. Obſecro quicũq3 hec legis ut Jheronimi peccatoris me
mineris. cui ſi dominus optionẽ daret. multo magis eligeret tunicã
Pauli cũ meritis eius. q Regũ purpuras cum penis ſuis.
Explicit uita ſancti Pauli primi Heremite

In nomine et indiuidue ſancte trinitatis ꝛc. Hic incipit prologus de vita ſanctorum patrum heremitarum et cetera.

Benedictus deus qui uult omnes homines
ſaluos fieri et ad agnicionē ueritatis peruenire
qui eciā nr̄m iter duxerit ad Egyptum
et oſtendit nobis mirabilia magna ad poſteritatis
memoriam pfutura. ex quib; nō
ſolū nobis cauſa ſalutis oriretur. uerū et
hiſtoria ſalutaris ad exemplū atq; doctriā
pietatis aptiſſima conderet. que uirtutis iter agere uolentib; geſto
rū precedenciū fide ampliſſimū tramitē pandat. Quiius ad tanta
rū rez narracionē min⁹ ydonei ſim⁹ nec dignū uideatur ingenium
rerū exiguos ac paruos fieri auctores. pcelſas q; uirtutes humili nar
rare ſermone. tamē qm̄ fratrū caritas eoꝝ qui in monte ſancto oliue
ti cōmanēt hoc a nobis frequent̄ expoſcit. ut egypcioꝝ monachoꝝ
uitam uirtutes q; animi et cultū pietatis atq; abſtinencie robur quod
in eis coram uidim⁹ explicemus. precibus ipoꝝ qui hoc imperāt ad
iuuandū me credens aggrediar. non tam ex ſtilo laudem requirens
q̄ ex narracione rerū edificacionē futurā legentib; ſperans. dū geſto
rū unuſquiſq; inflāmat̄ exemplis. horreſcē quidem ſeculi illecebras
ſectari uero quietē. et ad pietatis īuitatur exercicia. Vidi ergo et ue
re uidi theſaurū IHV xpi in humanis abſconditū uaſculis. quē the
ſaurū repertū nolui tanq̄ īuidus occultare. ſed quaſi pro multis
īuentū pferre in mediū et facē cōmunē. certus q; quāto plures ex
eo fuerint ditati tanto michi amplius adq̄ritur. Ergo eni fiam locu
pletior. cū alioꝝ ſalus miniſterii mei fuerit queſita mercimonio.
In principio ergo narracionis nr̄e adeē nobis precamī grām dn̄i
nr̄i IHV xpi cuius uirtute omīa hec pietatis exercicia apud Egyp
ti monachos habentur. Vidimus enī apud eos multos pr̄es celeſti
uitā in terra poſitos agentes. et nouos quoſdam pphas tam uirtuti
bus animi q̄ uaticinandi offitio ſuſcitatos. quibus ad teſtioniū

meritorum nec signorum quidem ac prodigiorum deerat efficacia. Et me-
rito. cur enim hii qui nichil terrenum nichil carnale cupiunt non accipi-
ant celestium potestatem. Nonnullos namque eorum ita ab omni malicie con-
tagione ac suspitione vidimus desecatos ut nec si aliquid mali adhuc
gereretur in seculo meminisset. Tanta in eis erat tranquillitas animi
tantusque inoleverat eis bonitatis affectus ut merito de eis dictum sit
Pax multa diligentibus nomen tuum domine. Commanent ergo per here-
mum dispersi et separati cellulis sed caritate connexi. ob hoc autem
dirimuntur habitaculis ut silencii sui quiete et intentione mentis divina
sectantes nec vox aliqua nec occursus ullus aut sermo aliquis ocio-
sus conturbet. Intentis ergo in suo quisque loco animis. veluti boni
patris christi expectant adventum. aut tamquam miles paratus in castris
imperatoris presenciam. vel fideles servi advenientem dominum sustinent liber-
tatem sibi preter et munera largiturum. Omnes ergo hii nullam cibi
aut indumenti aut ullius horum sollicitudinem gerunt. sciunt enim quia
sicut scriptum est. hec omnia gentes cogitant. ipsi vero iusticiam et reg-
num dei requirunt. et hec omnia secundum promissionem Salvatoris apponuntur
eis. Denique plurimi eorum si in aliquo forte necessariis ad usus cor-
poris eguerint. non ad humana perfugia sed ad dominum versi et ab ip-
so tamquam a patre poscentes que poposcerint illico consequuntur. Tanta
namque fides in eis est que etiam montibus ut transferantur valeat imperare
Unde et nonnulli eorum irrupciones Nili fluminis in provincie vicinarum re-
gionum concitatas oracionibus represserunt et pede incedentes alvei eius pro-
funda ingressi sunt. immanesque eius peremerunt bestias. Et plurima at-
que innumera signa que a prophetis et Apostolis antiquitus gesta fuerant
consummaverunt ut dubitari non debeat ipsorum meritis adhuc stare
mundum. Sed illud valde mirum est cum semper sit optima queque rara
sint et difficilia in illis tamen utrumque pariter convenisse ut et numero
immensi sint et virtutibus incomparabiles. Sunt enim alii in suburbanis lo-
cis. alii per rura. plures autem et egregii viri per heremum dispersi
et veluti quidam celestis exercitus in procinctu positus. atque in taber-
naculis degens ad obedienciam preceptorum Regis semper intentus.

armis oronum pugnans et scuto fidei ab inimico insidiante protectus
regnum sibi celeste conquirit. Sunt ergo ornati moribus quieti lenes
tranquilli et caritatis uinculis uelud quadam germanitate constric
ti. Ad emulacionem uero uirtutum certamen ingens exercent et
agones. Studet enim unusquisque clemencior altero humilior benig
nior ac paciencior inueniri. Si quis autem sapiencior ceteris fuerit
hic ita communis erga omnes et mediocris existit ut secundum manda
tum domini omnium minimus et omnium seruus esse uideatur. Quia ergo
dei munere donatum michi est et uidere eos et interesse conuersacioni eo
rum de singulis iam nunc que ad memoriam dominus reduxerit enarrare
temptabo. ut hi qui non uiderunt eos in corpore opera eorum discentes
uitamque perfectam lectionis iudicio colligentes ad emulacionem sancti operis
inuitentur et perfecte paciencie palmam requirant. Explicit prologus

Incipit liber primus de uita sanctorum patrum heremitarum. In primis de sancto Johanne

Primum igitur tamquam uere fundamentum nostri operis
ad exemplum bonorum omnium summamus Johannem qui
uere eciam solus satis superque sufficiat religiosas et
deo deuotas mentes ad uirtutum culmen erigere et
ad perfectionis fastigia concitare. Hunc enim Johannem
uidimus in thebaidis partibus in heremo que adiacet ciui
tati Lico in rupe quadam montis ardui commanentem. ascensus
ad eum difficilis aditus monasterii eius obstructus et clausus ita
ut quadragesimo etatis sue anno usque ad nonagesimum quem tunc ge
bat cum eum uidimus monasterium eius nullus intrauerit. Aduenien
tibus ergo per fenestram se uidendum prebebat et inde eis uel uerbum
fidei ad edificacionem uel si qua fuissent consolacionis responsa redde
bat. Mulier tamen illuc nulla nec ad conspectum quidem eius accessit
sed et uiri raro et certis quibusdam temporibus. cellam sane hospitalem extrin
secus fieri permisit in qua aduenientes e longinquis regionibus paululum
requiescerent. Ipse enim intrinsecus solus soli deo uacans non diebus non
noctibus a colloquiis dei et oratione cessabat diuinum illud et quod sup

omniē mentē eſt tota mentis puritate conſectans. Quanto ei ſe ma
gis ab humanis curis et colloquiis ſequeſtrabat. tanto illi vicinior
et propinquior deus erat. In tanta deniqȝ mentis ſinceritate profecerat
ut non ſolū eorum que erant preſencia ſciam conſequeretur a dn̄o. uerū et
eorum que futura erant preſciam mereretur. Euidentē namqȝ ei dn̄s pro
phecie gratiam contulit ita ut non tantū ciuibus et prouincialibus ſuis
ſi forte peccarent futura prediceret. ſed et Imperatori Theodoſio uel
quos belli exitus habiturus eēt. uel quibus modis victoriā caperet
de tyrannis. ſed et quod irrupciones paſſurus eēt gentiū barbararū ſepe
ei predixit. Quodam eciam tempore cum gens ethiopū romanū
militē circa Cyrenen que prima eſt ex ethiopie partibus thebaidis
ciuitas incurſaret et ſtrages plurimas nr̄orum dediſſet predamqȝ dux
iſſet. uenienti ad ſe romano duci et metuenti confligere cū eis. eo
quod exiguus ei erat numerus militū. et hoſtilis contra ſe innumera
multitudo. ſtatutā ei ſanctus Johannes deſignans diem. perge inquit
ſecurus. die enī qua dixi et hoſtem proſternes et ſpolia capies. pre
damqȝ reuocabis. quod cum fuiſſet impletū eciam apud Auguſtū
quia carus ei acceptus quod futurus eēt predixit. Sed et hec apud il
lū prophetie gracia ita habebatur ut magis hoc illorum qui precepta
bantur quam ſuis meritis aſſcriberet. Dicebat enī non pro ſe hec ſed pro illis
qui audiuit a dn̄o pronunciari. Aliud quoqȝ ualde mirū per eū dn̄s oſ
tendit. Tribunus quidam ad agendū militē pergens uenit ad eum
et obſecrare eum cepit ut permitteret eciā coniugem ſuam uenire ad ſe.
multa namqȝ dicebat eam pertuliſſe pericula ob hoc tantū ut eius fa
ciem uideret. Tunc ille negat ſibi unquam moris fuiſſe uidendi muli
eres. et precipue ex quo in illius rupis ſe monaſterio concluſiſſet. Cepit
Tribunus perſiſtere obſecrando et confirmare quod niſi uideret eū eēt ſine
dubio ex multa triſticia peritura. Cumqȝ iterū ac ſepius eadē deprecā
retur Tribunus et cauſam mortis eū ſue coniugis confirmaret futurum
atqȝ inde interitū unde ſalutē ſperauerat acceptura. tam fidem quam impor
tunitatē eius aſpiciens ſenior. uade inquit uidebit me coniux tua
hac nocte non tamen huc ueniet. ſed in domo ſua atqȝ in lecto ſuo

manebit. Poſt hec uerba abſcedit uir ambiguitatē reſponſi in pecto
re ſuo uerſans. Cumq; hec nūciaſſet etiam cōiugi. ſimili nichilominꝰ
etiā mulier ſermonis incerto fatigabatur. Sed ubi ſompni tempus
aduenit. adeſt homo dei Johannes per uiſum. et aſſiſtens mulieri
dixit. Fides tua magna eſt o mulier. et ideo ueni ut deſiderio tuo ſa
tiſfacerē. te tamē moneo ut non faciē corpalē ſeruoꝝ dei deſideres ſ;
ut geſta et actus per ſpiritū contēplens. Spūs eſt enī qui uiuificat. nā
caro non pdeſt quicq̄. ego autē non quaſi iuſtus aut pphēta ut tu
putas. ſed pro fide ur̄a interceſſi pro uobis apud deum. et conceſſit ti
bi oīum morboꝝ quos in corpe tuo pateris ſanitatem. eris ergo ex hoc
ſana et tu et uir tuus et benedicet omīs domus ur̄a. ſed et uos mēo
res eſtote beneficii a deo uobis collati et timete dn̄m ſemper. nec āplius
q̄ ſtipendiis ur̄is debetur aliquid requiratis. ſufficiat ergo tibi hoc q̄
me uides in ſompnis et amplius non requiras. Euigilans aūt mu
lier indicauit uiro ſuo que uiderat et quod audierat. ſed et habitum
uiri et uultū atq; omīa ſigna eius expoſuit. Super quo miratꝰ uir
eius regreſſus ad hoīem dei gracias refert deo. et accepta ab eo bene
dictione perrexit in pace. ¶ Alio quoq; tempe Prepoſitus quidā mili
tū uenit ad eum. cuius uxor grauida ab eo relicta eſt in domo ſua
atq; illa ipā die qua ille ad beatū Johannē uenerat partū edens pic
tabatr. tunc ſanctus homo dei dixit. Si ſcires donū dei. et quia tibi ho
die natus eſt filius ageres deo gracias. ſed ſcito matrē pueri piclitari
aderit tamen dn̄s et inuenies eam ſanam. feſtina ergo et redi et inue
nies puerū iam ſeptem dierū et uocabis nomē eius Johannē. hic
nutriatur in domo tua abſq; ulla contaminacōe gentili ſeptē ānis
quibꝫ pactis trade eum monachis erudiendū ſanctis et celeſtibꝰ diſci
plinis. ¶ Multis preterea uenientibꝫ ad ſe ſiue prouincialibꝫ ſiue peregrinis
cū res popoſciſſet et occulta cordis eoꝝ indicabat. et ſi quid forte
pcī ab eis in occulto fuiſſet admiſſum ſecrecius corripiēs arguebat
et ad emendacionem et penitenciā prouocabat. ¶ Nili quoq; fluminis
ſiue habūdanciam aquarū ſiue penuriā eē predicebat futurā. Sed
et ſi forte ex offenſa hoīum plaga aliqua et correpcio a dn̄o iminēt

similiter premonebat. et quid cause esset pro quo introducebatur castigacio de
signabat. Sanitates quoque et curas corporum ita poscentibus conferebat
ut omnem ex hoc iactanciam fugeret. non enim permittebat ad se incommo
dantes deferri. sed benedicens oleum dabat. ex quo puncti sani fiebant
a quacumque infirmitate tenerentur. Senatoris cuiusdam alicuius uxor ex
ceca est. Hec deprecabatur uirum suum ut eam perduceret ad Johannem
hominem dei. Cui cum responderet uir suus non esse ei moris uidendi muli
eres. rogabat eum ut uel ipse pergens diceret ei tantummodo inbecillita
tis sue causam et deprecaretur ut oracionem faceret pro se. Cumque legacionem
pertulisset ad eum uir eius. Ille orans et benedicens oleum misit ad
illam. ex quo per triduum contingens oculos suos uisum recepit et
deo gracias egit. Sed et multa sunt eius gesta que narrare satis
longum est. Vnde omissis his interim que auditu cognitus ad ea
que oculis nostris inspeximus ueniamus. Septem fuimus simul co
mitantes qui ad eum uenimus. cumque salutassemus eum omnesque
nos leticia suscepisset unumquemque nostrum gratifice alloquitur. rogatus a
nobis ut oracionem simul ac benedictionem daret. Hoc enim moris est
apud egyptios monachos ut ubi aduenerint fratres statim per
oracionem sibiinuicem confederentur. Interrogabat ergo si quis ex nobis
esset clericus. Et ut omnes negauimus. respiciens in singulos intel
lexit esse inter nos quendam qui huius erat ordinis sed latere cupiebat.
Erat enim dyaconus. et hoc preter unum solum qui ei fidus erat eciam
ipsi itineris comites ignorabant. Visuris enim tales ac tantos uiros.
humilitatis gracia celare uoluit gradus sui honorem. ut inferior habetur
in ordine his quibus se longe inferiorem esse meritis iudicabat. Sanctus
ergo Johannes ut eum uidit. et quidem cum esset adolescencior ceteris di
gito ostendens eum Hic inquit diaconus est. Et cum adhuc negare temp
taret apprehendens eum manu sua exosculatur et dicit. Noli fili ne
gare graciam dei ne incurras malum pro bono. pro humilitate mendaci
um. Cauendum namque est omnibus modis mendacium siue pro malo
siue eciam pro bono proferri uideatur. quia omne mendacium non est ex
deo. sed sicut Saluator dicit a malo est. At ille his auditis quieuit.

blandāq; eius correpcionē equanimiter tulit. Et cū oracionē domīo
obtuliſſemus. poſt finē unus ex frībus nrīs terciano typho ꝯ̄tinuiſſiē
uexabatur. et rogabat hoīem dei ut ab eo curaretur. Cui ait ad eum
Rem tibi neceſſariam cupis abicere. Vt enī corpa nitro uel aliis hui9
modi liniamentis abluuntur a ſordib; ita anime languorib; aliisq; hu
iuſcemodi caſtigacōibus purificantᷣ. Et poſtea q̄ de his nobis multa
per doctrinam miſticā diſſeruit. benedictōis tamē oleū dedit. quo ꝑ
unctus eger omnē continuo habundanciā fellis euomuit et ſaniſſi
mus redditus pedibus ſuis ad diuiſoriū redijt. Poſt hec iubet officia
erga nos humanitatis atq; hoſpitalitatis expleri et corpis curā ge
ri. ipē uero ſui negligens nīi ſollicitus erat. Iam enī ex continentie
uſu et iugi conſuetudine nec recipe cibū niſi ad ueſperā poterat et
hunc exiguū. erat autē attenuati et aridi corpis pre abſtinēcia. Ca
pilli eius et barba quaſi ex languore nimio rari et tenues. utpote q̄a
nullis ſufficienter cibis nutrierat nec leciore aliquo humore infudeat.
Obſeruabat enī tunc cū iam nonagenā ut ſupra diximꝰ ageret etatē
ut nullū per ignē paratū ſumeret cibū. Igitur poſt hoſpitalitatis
officia regreſſos ad ſe ſedere nos iubet. et tunc demū unde uel cur
aduenerimꝰ inquirit. cū iam letos et omī cū gaudio tamq̄ natos
ꝓprios ſuſcepiſſet. Cumq; reſpondiſſemus q̄ de Iheroſolimis ad eum
utilitatis et ꝓfectus aīe nrē cauſa uenerimꝰ. ut ea que olim ad audi
tū nrm̄ fama ꝓtulerat ipi nrīs oculis cerneremus. qm̄quidē tenacius
ſolent inherē memorie ea que oculus uiderit. q̄ que auris audierit.
Tunc beatus Johannes uultu placidiſſimo et quaſi ſubridens ex
habundancia leticie hoc modo reſpondit ad nos. Miror inquit
admodū dulciſſimi pueri laborē uos tanti itineris ſuſcepiſſe. cum
nichil ad hoc dignū in nobis uidere poſſitis. Hoīes enī ſumꝰ hu
les et exigui nichil habentes in nobis quod uel experi debeat uel
mirari. et tamē eciam ſi eēt aliquid in nobis ſcdm̄ opinionē unm̄
nūqd tale eſt quale legitis in ꝓphīs dei et Aplīs. qui utiq; ob hoc
in omīb; dei ecclīis recitantur ut exempla uite homib; non de lō
ginquis et peregrinis locis querantᷣ. ſed domi vnuſquiſq; et apud

se habeat quod debeat imitari. Unde plurimū miror intencionem ur̄i laboris ac studiū · q̄ profectus anime ur̄e causa tantas supare regiones tantosq; labores adire uoluistis cū nos eo usq; pigricia desidiaq; constringat ut nec cellulas nr̄as pgredi audeamus. Verūptamē q̄m putatis ee̅ aliquid in nobis ex quo pficē debeatis. Hoc primū uobis indicandū est. ut hoc ipm̄ q̄ ad nos uenistis et tantū laborē uidendi nos suscepistis. ne iactancie alicui⁹ habeat pfectū. ut non tam proficē ad animū uirtutē q̄ preferre et iactare se unusquisq; ur̄m uelit pro eo q̄ uiderit eos qui apud alios ex auditu solo cogniti uideatur. Graue est iactancie uiciū et piculosum nimis. et quod de ipo etiam pfc̄ōnis fastigio deicit animas. et ideo hoc uos primo oīum cauere uolo. est autē species huius mali duplex quidē. nōnullis enim accidit in ipis statim inicijs cōuersionis sue. cū parū aliquid uel abstinencie impenderint uel pecunie in paupes erogauerit. et cū de eo ita sentire debeant quasi quod īpediret abiecerint. ita agunt et ita senciūt quasi eminētiores sint illis quib; aliquid largiti sunt. Alia uero est iactancie species. cū quis ad sūmā uirtutē perueniens non totū deo sed suis laboribus ac studijs deputat. et dū ab hoībus gloriam querit pdit eam que a deo est. Propter quod filioli omni genē fugiamus iactancie uiciū ne forte incurramus cū lapsū quem diabolus incurrit. Tunc ptēa cordi nr̄o et cogitacoīb; nr̄is precipue adhibēda est diligēcia. obseruandū nāq; est. ne qua cupiditas. ne qua uoluntas praua ne quod desideriū uanū et qd̄ non est scd̄m deū radices in corde nr̄o defigat. ex hui⁹modi enī radicib; continuo pullulat cogitacōes uane et inutiles et in tantū moleste sunt ut nec orantib; nobis cessent. neq; in conspectu dei consistentib; nobis et preces pro salute offerentibus erubescant. sed rapiunt a nobis captiuam mentē. et cū corpe stare uideamur in orōne. sensu et cogitacōe euagamur et abducimur per diuersa. Si quis ergo est qui se putat renūciasse mūdo et opibus diaboli non sufficit in eo renūciasse ut possessiones et predia cetaq; seculi negocia reliquerit nisi eciā pprijs uicijs renūciauerit et inutiles ac uanas abiecerit uoluntates. Hec enī sūt

de quibus Apl's dicit. Deſideria uana ſunt et nociua que mergūt ho
mines in interitū. Hoc eſt ergo uere renūciaſſe diabolo et opib' eius
Diabolus enī per alicui' uicij occaſionē et praue uoluptatis aditū
irrepit in cor nr̄m quia uicia ſunt ex ipſius parte ſunt ſicut uirtu
tes ex deo. Si ergo uicia ſunt in corde nr̄o cū uenerit princeps eo
rū diabolus quaſi ꝓprio auctori dant locū et introducūt eū uelud
ad poſſeſſionē ſuam. Et inde eſt q̄ nūq̄ huiuſmodi corda pacē hr̄e
poſſunt nūq̄ quietē. ſed ſemp conturbantur ſemp terrent' et nūc ua
na leticia et nūc inutili triſticia deꝓmūtur. Habent enī intra ſe ha
bitatorē peſſimū cui introeundi ad ſe locū per paſſiones ſuas et uicia
fecerūt. E contra uero mens que uere renūciauit mūdo. hec eſt q̄
abſcidit et amputauit a ſe omē uiciū. et nullū introeundi ad ſe di
abolo aditū dereliquit. que iracūdiam cohibet. furorē reprimit.
mendaciū fugat. execratur inuidiam. et nō ſoluz non detrahē ſed
nec male quidē ſentire aut ſuſpicari ſe de proximo ſuo patit'. que
fr̄is gaudia ſua dicit et triſticiā ſuaz deputat. Que ergo hec et ho
rū ſimilia obſeruat mens. ſpūi ſancto in ſe locū aperit. qui cū in
greſſus fuit et illumīauerit eam ſemper ibi gaudia. ſemp leticia ſēp
caritas. paciencia. longanimitas. bonitas. et omnes qui ſūt fruct'
ſpūs ſancti oriūtur. Et hoc erat quod dicebat dn̄s in Euangelio
Non p̄t arbor bona fructus malos facē. neq; arbor mala bonos fruc
tus facē. ex fructu enī arbor cognoſcit'. Sunt autē nōnulli qui
uidentur ſeculo renūciaſſe et curam non adhibent ad mūdiciam
cordis neq; ut uicia et paſſiones reſecent ex anima ſua. mores q;
cōponant. ſed hoc ſtudent tantū ut uideāt aliquos ſcōꝝ patrum
et audiant ab eis aliqua uerba que narrātes alijs glorient' ſe ab
illo uel illo didiciſſe. et ſicubi forte uel audiendo uel legendo parū
aliquid ſciencie adquiſierint continuo doctores fieri uolūt et do
cere non ea que geſſerint ſed que audierint et uiderint. Deſpiciē
tes ceteros affectant ipi ſacerdociū atq; innergere conant' ad cleri
catū neſcientes quia minoris dampnacōis eſt ſi quis ipe uirtu
tibus polleat et alios tamē docē non audeat. q̄ ſi quis uicijs et

paſſionibus p̃iuatur. et alios de u̾tutib; doceat. Si ergo filioli neq;
fugiendũ omnib; modis diximus clericatũ uel ſacerdociũ neq; rurſus oĩb;
modis expetendũ ſed danda eſt op̃a ut uicia quidẽ depellant̃ et
uirtutes anime conquirant̃. Dei autẽ iudicio relinquendũ eſt quẽ ue
lit et ſi uelit aſſumẽ ſibi ad miniſteriũ uel ad ſacerdociũ. Non enĩ qui
ſeip̃m ingeſſerit ſed quẽ deus aſſumpſerit ille p̱batus eſt. Monachi
autẽ illud opus eſt p̃cipuũ ut orõnez purã offerat deo. nichil habẽs
in conſciã reprehenſibile ſicut dicit dñs in Euangelio. Cũ ſtetitis ad
orõnem remittite fratrib; ur̃is ſi quid habetis contra eos ex cordibus
ur̃is. niſi enĩ remiſeritis frĩb; ur̃is nec uobis remittet pater ur̃ qui
in celis eſt. ſi autẽ remiſeritis frĩbus ur̃is et uobis remittet pr̃ ueſter
Si ergo mũdo ut ſupra diximus corde aſtiterimus ante deũ et liberi
ab omĩb; his uicijs et paſſionib; que ſupra memorauimus poterimus in q̃n
tũ poſſibile eſt eciam deũ uidere et orantes oculos cordis nr̃i in ip̃m
dirigere et uidẽ inuiſibilẽ mente non corp̃e intellectu ſciencie nõ car
nis aſpectu. Nemo enĩ putet poſſe ſe ip̃am ſicut eſt diuinã ſubſtan
ciam contueri ita ut ſpeciem ſibi aliquã aut ymaginẽ fingat in
corde corp̃ee alicuius ymaginis ſimilẽ. nulla forma in deo nulla
circũſcriptiõ ſed ſenſus et mens que ſentiat quidem poſſit et p̱ſtrin
gere mentis affectũ. non tamẽ comprehendi aut deſcribi aut enar
rari. Et ideo oportet cũ omni reuerencia et metu accedere ad deum
et ita in eũ librare mentis intuitũ ut omne quicq̃d poteſt ſplendo
ris claritatis fulgoris maieſtatis mens humana concip̃e. ſuper hec
omĩa ee̅ eum ſentiat ſemper. Et hoc ſicut diximus ſi pura mens fue
rit. nec ullius praue uoluptatis ſordibus occupata. Et ideo in hoc
maxĩe oportet operam dare eos qui renũciare ſeculo et deũ ſequi ui
dentur. ſicut ſcriptũ eſt. Vacate et uidete q̃m ego ſum dñs. Si ergo
cognouerit deũ in q̃ntũ homini cognoſcere poſſibile eſt. tũc demũ
eciã reliquoꝝ que ſunt ſcienciam capiet et miſteria dei cognoſcet
et quãto purior in eo fuerit mens tanto plura ei reuelat deus. et
oſtendit ei ſecreta ſua. amicus enĩ iam efficitur dei. ſicut illi quib;
dicebat Saluator. Iam non dicã uos ſeruos ſed amicos. Et omne

quicquid pecierit ab eo tamquam amico caro prestat ei deus. Ipse quoque
uirtutes angelice et cuncta ministeria diuina tamquam amicum dei
diligunt eum et obsequuntur peticionibus eius. Et hic est quem a ca
ritate dei que est in christo IHESU neque mors separat neque uita neque an
geli neque principatus neque potestates neque alia aliqua creatura. Et ide
o carissimi quando quidem hoc elegistis ut deo placeatis et ad
caritatem eius perueniatis. date operam alieni effici ab omni iactantia
ab omni uicio animi. ab omnibus uiciis corporalibus. Delicias autem corpora
les non solum illas putetis quibus homines seculi fruuntur. sed abstinencium
delicie credende sunt omne quicquid cum cupiditate sumpserit eciam si
uile illud sit et quod in usu esse abstinentibus soleat. Aqua denique ipsa
uel panis si cum cupiditate sumatur id est non ut necessitati corporis
sed ut animi desiderio satisfaciat hoc eciam abstinenti in deliciarum
uicium ducitur. Oportet enim in omnibus uirtutibus consuescere animam uicio
carere. Et ideo denique dominus docere uolens animam desideriis et uolupta
tibus suis resistere dicebat Intrate per angustam portam quia lata
est et spaciosa uia que ducit ad mortem. angusta autem et arta uia est
que ducit ad uitam. Lata ergo est uia anime cum qualicumque desiderio
suo satisfecerit. angusta uero est cum uoluptatibus suis repugnat. Mul
tum tamen prodest ad hec obtinenda secrecior habitacio et conuersacio
solitaria. quia interdum per occasionem aduenientium fratrum et euncium
uel redeuncium frequenciam abstinencie et parsimonie frena laxantur
et per huiuscemodi occasiones uenitur paulatim in consuetudinem et usum
deliciarum. et sic interdum eciam perfecti uiri capiuntur. Ideo denique et Da
uid dicebat Ecce elongaui fugiens et habitaui in deserto et expectabam
eum qui saluum me fecit a pusillo animo et tempestate. Postquam autem
multa nobis sanctus Iohannes de iactancie uicio aliisque quam plurimus uti
liter disseruit. ad ultimum intulit dicens. Retexam autem uobis quid eci
am nuper cuidam ex fratribus nostris acciderit ut cauciores uos precedencia
exempla constituant.

Erat quidam apud nos monachus in hac uicina heremo com
manens cui habitaculum spelunca fuit. uir summe abstinencie cotidianum

uictū labore manuū querens· in oronibus die noctuqz psistens cunc
tis qz animi uirtutiby florens· Sed hic letis successiby elatus confidē
quasi in puectibus suis cepit et non deo totū sed sibimet ipi quod p
fecerit deputare· Hanc autē intuens eius animi psumptionē conti
nuo temptator accedit et laqueos parat Quadā namqz die ad ues
perā fingit speciem decore mulieris oberrantis per heremū· que ue
lut fessa post nimiū laborē accedens ad ostiū spelunce monachi las
sabundam se simulans et fatigatā intrinsecus semetipam proiecit
atqz aduoluta genibus uiri ut sui misereatur exorat dicens· nox me infe
licē in heremo latitantē comprehendit· iube me ergo requiescē in an
gulo cellule tue ne forte efficiar nocturnis bestiis preda· At ille pri
mū miseratois obtentu recepit eam intra speluncā requirens que ei
causa errandi per heremū fuit· At illa fingit causam satis accurate
et interī uenena blandimētorum atqz illecebrarū intus per omnem
textū narratois interserit· et nūc se miserandā nūc etiam defensio
ne indignā ostendens· elegancia et suauitate sermonis inclinat ani
mū hoīs et in affectū sui illecebroso amore deflectit· Hinc iā blandio
ra colloquia iocus risus qz cōmiscetur· manus eciā procax ad men
tū barbā qz quasi uenenandi speciē protendit· Tunc uero palpare cer
uicē mollius colluqz leuigare cepit· Quid multa· ad ultimū captiuū
ducit militē xpi· Continuo enī pturbari intra semetipm et libidinis
fluctiby estuare cepit· Nequaqz laborū preteritorum· nequaqz pfessionis ac
pposita sui memor pascitur cū cordis sui concupiscencia et inter archa
na cogitacionū suarum fedus cū falsa uoluptate componit Inclinat stul
tus latera sua et efficitur sicut equus et mulus quiby non est intellectus.
Atqz ubi obscenos iam conabatur inire complexus· illa ululatū teter
rimū dire uocis emittens umbra ut erat tenuis per manus āplectē
tis elabitur· ipmqz dedecorosis motiby inanes auras sectantē fedissi
ma cū irrisione deseruit· Tunc pterea multitudo demonū in aere
ad hoc ipm spectaculū congregata· clamore ingenti cū cachinno ex
probratois eleuato dicebat· O monache qui te usqz ad celū extollebās
quō dimersus es usqz in infernū· disce ergo quia qui se extollit humi

abitur. Tunc ille uelut amens effectus deceptionis sue pudorē non ferens grauius a semetipso decipitur quam fuerat a demonibus ante deceptus. Cum enim debuerat reparare semetipsum et renouare certamē ac satisfactionis sue lacrimis et humilitatis fructibus prioris elationis culpā delere. hoc miser non fecit sed desperans semetipsum sicut Apostolus dixit tradidit se omni impudicicie et iniquitati. Regressus est ergo ad uitam secularem preda demonū factus. Refugit namque a conspectu omnium sanctorum ne quis posset eum salutaribus monitis de precipitio reuocare. Si enim reddere semetipsum priori uite et abstinencie uoluisset recuperasset sine dubio et locū et graciā suam. Denique audite quid et de alio gestū sit similiter quidē temptato sed nō simili exitu temptationis effu

Fuit quidam uir in hac proxima ciuitate uitam so. turpissimā per omne facinus ducens ita ut opinatissimus in flagiciis habētur. Hic aliquando dei miseratione cōpunctus ad penitentiam conuertitur. et intra sepulchrū se quoddā concludens priorū scelerū pollutiones lacrimarū fontibus diluebat. diebus ac noctibus in faciem prostratus. et nec alleuare quidē ausus oculos ad celum neque uocē emittere et nomē domini inuocare sed in solis gemitibus et fletibus perdurabat et tanquam uiuens sepultus in inferno. quodā modo mugitū cordis gemitūque reddebat. Cumque in his eo posito septimana transisset noctu uenerunt ad eū demones in sepulchro clamantes et dicentes Quid est quod agis o impurissime et flagiciosissime. postquam omni spurcicia omnique impuritate saturatus es nunc nobis castus et religiosus procedes. et postea quam consenuisti in sceleribus nec iam sufficiunt uires ad facinora nunc christianus uideri uis et pudicus et penitens. quasi uero alius tibi iam ullus possit dari locus saciato in malis nisi ille qui tibi nobiscū debetur. Unus ex nobis es. aliud esse iam nō potes. redi magis ad nos redi et quod superest tibi tempus in perfruenda uoluptate non perdas. Preparamus tibi affluentes delicias. preparamus scortū nobilissimā et cuncta talia que florē tibi possint reparare gratissime iuuentutis. quid temetipsum uanis et inanibus conficis cruciatibus. quid temetipsum ante tempus suppliciis tradis. quid enim

aliud eēs paſſurus in inferno niſi hoc quod nūc tibimetipi conficis.
Si te pena delcāt expecta paululū et inuenies eam paratam. Nūc inte
rim fruere muneribꝫ nr̄is que dulcia ſemper et grata duxiſti. Hec et
huiuſmodi plura exprobrantibꝫ illis. ille iacebat imobilis nec auditum
quidē ſuū conuertēs ad eos nec ullo penitus ſermone reſpondens. Cūq;
illi ſepius eadem repeterent et alia duriora nec ille omnino mouētur
in furorē prolapſi demones ubi uiderūt uerba ſua contēptui uerberibꝫ
eū conficē aggreſſi ſunt et multis eū ſupplicijs excruciatū ſeminecem
reliquerunt. nec tamē in tot tantis q; cruciatibus moueri ſaltē potuit
a loco. in quo orōnis cauſa iacuerat. Poſtera die quidam ſuorū requiren
tes eum hūanitatis dūtaxat grā. inueniūt eum penis incredibilibꝫ af
fectū. et cauſā percunctantes cū didiciſſent. rogabant eū ut cum grā
portari ſe ad domū ꝓpriā pateretur. abnegat et in eodē ꝑmanet loco
Tunc et ſequenti nocte repetētes demones grauioribꝫ eū uerberibus
cruciant. Sed nec ſic quidem moueri uoluit a loco. melius eē dicēs
ſe mortē ſubire q̄ ultra demonibꝫ obedire. Tercia nichilominꝰ nocte
multitudo conuenit demonū et abſq; ulla miſeracōe irruētes in eū
omībꝫ penis cruciatibus q; conficiūt. cūq; iam corpus defeciſſet in
ſupplicijs. extremꝰ tamē ſpūs obſiſtebat imperio demonū. quod ubi
impij ꝑuiderūt. exclamantes uoce magna. uiciſti inquiunt uiciſti. et
mox uelut uirtute quadā celitus effugati p̄cipites abſcedūt. nec ult̄
ei quicq̄ ſue artis aut ſceleris intendūt. Ipē uero in tantū uirtutibꝫ
anime ꝓfecit et ita ornatus moribꝫ effectus eſt. atq; ita diuina grā
repletus ut omīs hec regio quaſi de celo eum lapſū uiderit. et unū
eē ex numero crediderit angelorū. omnes pene ſimul atq; uno ore
dicentes. hec eſt mutacio dextere excelſi. Quanti exemplo eius qui
iam de ſemetipīs deſꝑauerāt rurſus ad ſpem ſalutis regreſſi ſunt
et ad emendationē ſui quā prius deſperauerāt p̄ſumpſerūt. Quā
ti admiracōe eius de ipō iam inferno peccōrū retracti ſūt et ad uir
tutū indolē reꝑati. In illo nāq; tanta inmutacōe conuīſo omībꝫ omīa
uiſa ſunt poſſibilia. Non ſolū eū emendacio morū florebat in eo et
aſſūpcio uirtutū. uerū et grā dei plurima ei collata eſt. Signa ei

et prodigia que ab eo facta ſunt quantũ apud deũ habẽt meriti teſ
tabantur. Sic humilitas et conuerſio bonorũ oĩm materiã prebet.
elacio uero et deſperacio interitus et mortis eſt cauſa. Ad effugiẽda
uero pericula lapſuũ et conquirendã dei graciã. atq; ipſius diuinitatis
euidenciorẽ noticiã capiendã plurimũ prodeſt ſecrecior conuerſacio.
et heremi interioris habitacio. quod nos non tam uerbis quam rebus
ipſis et exemplis docere melius puto

Fuit quidã monachus qui in hac heremo que pre ceteris
interior eſt habitabat. Hic cũ plures annos in abſtinẽcia
perdurasset et prouectus tempore pre iam ad ſenilẽ uenisset etatẽ. oĩm
uirtutũ flore adornatus. ac totius continẽcie magnitudine ſubli
matus. cũ in oroĩb; et ymnis ſedule deo deſeruiret. tamquam e meri
to militi ſuo dñs remuneracionẽ parat. utpote qui in corpore ad
positus ad inſtar angelorũ corporalis uite officiis fungẽtur. dignũ
iudicans ãnonaz celeſtem prebere in deſerto ei qui celeſtẽ Regem
peruigilib; preſtolabatur excubiis. Volens ergo deus eciã in hoc ſeculo
remunerare eius fidele propositũ. ad prudencie ſue ſollicitudinẽ cotidi
ani uictus eius reuocat curam. ut enĩ cibi uſũ popoſciſſet nature
neceſſitas. ingrediens ſpeluncã ſuã inueniebat menſule ſue panẽ pro
positũ mire ſuauitatis miriq; candoris. Ex quo refectus grãs diuine
puidencie referens. rurſus ad ymnos et orõnes redibat. Ad quẽ
multe etiam reuelaciones multeq; ei de futuris rebus a deo premoni
ciones fiebant. In his ergo talib; ac tantis prouectib; positus. quia q
gloriari de meritis ſuis cepit. celeſtis beneficii munus uite ſue debitum
duxit. Continuo ſubrepit in eũ praua quedã deſidia animi tã
praua quã nec poſſit auerti. Poſt hec creuit maior negligẽcia
ita ut tardior iam fieret ad ymnos. ſed et ad orõnem pigrius ſur
geret. pſalmi quoq; ipſi non ea qua prius uigilancia canerentur
ſed ubi parũ quid exhibitũ fuiſſet ſoliti miniſterii. anima eius q
ſi nimio labore fatigata quieſcere feſtinabat. Quia ſenſus eius rep
bus effectus de ſuperiorib; ad inferiora corruerat. et cogitaciones
ſue per diuerſa eum precipicia rapiebant. Erat enĩ iam in corde

eius cladeſtina

eius clandeſtina quedam turpis ac nefanda cogitacio. conſuetudo
tamē prior uelut ſi decurſus aque etiā ceſſante remigio adhuc ex
priore impetu nauigiū ferat. ita uetus inſtitucio ad conſueta hōiꝫ
officia trahebat. ob quam cauſam et ſtare etiā adhuc in ſuo ſtatu
uidebatur. Hic ergo cū poſt oracōes cibū more ſolito requiſiſſet ad
ueſperā. ingreſſus locū eum in quo reficē conſueuerat īuenit ſoli
tū panē ſup menſā poſitū. ex quo refectus nichil de coꝝ que in cor
de uerſabantur emendacōe curauit neqꝫ īmutacōis ſue dampna ꝑ
ſenſit et ſpernētem ſemetipm paulatī curſū caſuū non intellexit
Interea cū graui iam libidinis incendio ſtimularet͛ et inflāmatus
turpi concupiſcencia raperetur rurſus ad ſeculū. Illa interī die cohi
buit ſe et ſolita ympnoꝝ et orōnū miniſteria ex more ꝑſoluit. at
qꝫ ingreſſus ut cibū ſumeret. panē quidē īuenit menſe ſuppoſitum
ſed aliquātulū ſordidiorē. Admiratus eſt et triſtis effectus. intellex
it enī qꝫ ad ipm reſpicet͛ hoc genus monſtri. tamē cibo ſumpto re
fectus eſt. et iam poſt diem tercium triplicatis urgeri ſtimulis cepit
Occupauerat enī cogitaciones eius quaſi iam pñtis et ſecū poſite
ſecūqꝫ accubantis imago mulieris. quā et cōplecti ſibi uidebatur et
ad turpes uſus habē proſtratā. Proceſſit tamē et ſequēti die ad ſoli
ta pſallendi et orandi officia. ſed ſtabat uagus oculis et mente cap
tiuus. Cūqꝫ ſolito regreſſus ad ueſperā requiret͛ cibū. panē quidem
īuenit ſuper menſam ſed ſordidiſſimū atqꝫ aridiſſimū et quaſi a mu
ribus uel canibꝫ undiqꝫ corroſum. Tunc ille ut uidit ingemuit et
lacrimas fudit. ſed non ita ex corde nec ita uberes que poſſent flāmā
tanti ignis extinguē. Verūptamen ſumit cibū ſed neqꝫ quantū uo
lebat neqꝫ qualem ſolebat. Cum interī cogitacōes eum tanqꝫ cohors
barbarica undiqꝫ circūuallant et omni ex parte in eū tela iaculāt͛
ac uinctū captiuūqꝫ eū ad ſeculū retrahūt. Exurgens ergo cepit
iter agere noctu per heremū et tendere ad ciuitatem. ſed ubi dies
factus eſt. ciuitas quidem longe adhuc aberat. Ipē uero cū torridiſ
ſimo eſtu coqueretur et fatigaret͛ per heremū undiqꝫ uerſis conſide
rare oculis cepit et requirere ſicubi eēt in uicino monaſterium. Et cū

conspexisset fratrum quorundam cellulam tendebat illuc ut apud eos requiesceret. Que ubi adesse senserunt servum dei continuo procurrunt ei in obviam velut angelum dei excipientes. adorant. pedes lavant. ad orationem invitant. mensam ponunt atque omnia secundum divinum mandatum complent caritatis officia. Verum ubi refectus est et paululum requievit ex more. quasi ab eruditissimo et optimatissimo patre ceperunt verba edificationis expetere ac monita salutis inquirere. interrogare quoque eum quomodo quis diaboli laqueos possit effugere. aut si quando turpes venerit animo cogitationes quomodo depelli possint et abici. Tunc ille ut compulsus est. cepit monita fratribus dare. et salutis eos viam docere ac de insidiis demonum quas servus dei intendunt facere sermonem. Illos quidem plene et sufficienter edocuit. sibi vero ipsi stimulos compunctionis incendit. et in semetipsum regressus ait. Quomodo ergo alios moneo et ipse decipior. aut quomodo alios corrigo qui meipsum non emendo. Age ergo o miser facito ipse prior que facere alios doces. Cumque huiusmodi increpacionibus uteretur adversum semetipsum et intellexisset se miserabiliter supplantatum. vale dicens fratribus continuo se cursu rapidissimo in heremum dedit. et ad speluncam de qua discesserat rediit. prosternens se ante dominum in orationem et dicens. Nisi dominus adiuvasset me paulominus habitasset in inferno anima mea. Et iterum. Paulominus fui in omni malo. et paulominus consummaverunt me in terra. In hoc vere completum est quod ait scriptura. frater fratrem adiuvans exaltabitur sicut civitas munita et fortis. Post hec ergo permansit omni vita sua in luctu et lacrimis. videns se divinitus sibi concessum celestis mense beneficium perdidisse. Cepit etiam in labore rursus et sudore vultus sui manducare panem suum. conclusit autem se intra speluncam atque in cilicio et cinere iacens tam diu lugens fletusque permansit in orationibus donec assistens ei angelus domini diceret ad eum. Suscepit dominus penitenciam tuam et repropiciatus est tibi. sed cave ne ultra elatus decipiaris. Veniet autem ad te fratres quos tu ipse docuisti deferentes tibi benedictiones quas suscipe non recuses et sumes cum eis cibum. age gracias deo tuo.

Hec autem locutus sum vobis filioli ut sciretis et in humili

tate quanta ſit firmitas. et in elatōe ruina q̄ proxima. Ideo deniq̄
et Saluator nr̄. primā btitudinē de humilitate nos docuit dicens.
Beati paupes ſpiritu qm̄ ipoꝝ eſt regnū celoꝝ. Simul et huiꝰmoi
exempla diſcentes cautiores ſitis ne a demonibꝰ in cogitacionū ſub
tilitate ſeducamini. Proptea enī et forma huiuſmodi inter mona
chos obſeruatur. ut ſi quis ad eos ueniat ſiue uir ille ſiue mulier
ſit. ſiue ſenex ſiue iuuenis. etiā ſi notus. etiā ſi ignotus. ante omĩa
ut oracio fiat et nomē dnī inuocetur. quia ſi fuit aliqua tranſfōrti
o demonis continuo facta orōne diffugit. Si uero in cogitacōe uīa
ſuggerūt ipi demones aliquid unde laudari debeatis et extolli. nō
acquieſcatis eis ſed tūc magis uoſmetipōs humiliate in conſpectu
dnī et pro nichilo ducite cum uobis illi aliquid de ſectanda laude
ſuggeſſerint. Deniq̄ etiam me frequenter demones noctibꝰ ſedux
erunt. ut neq̄ orare me neq̄ requieſcē pmitterēt. fantaſias quaſdā
per totam noctem ſenſibus meis et cogitacoībꝰ ſuggerentes. mane
uero uelud cū quadā illuſione proſternebant ſe ante me dicētes In
dulge nobis Abba quia laborē tibi incuſſimꝰ tota nocte. Ego autem
reſpondi ad eos Diſcedite a me omnes qui opamini iniquitatem
et non temptetis ſeruū dnī. Et uos ergo filioli quietē et ſilēciū
diligite et ſciencie operā date atq̄ exercitate uoſmetipōs ut frequēti
conſolacione mentē urām purā exhibeatis deo ne orōnes urē im
pediantur apud deū. Q̄uis enī et illi bonū opus agant et ſit
illis probabilis conſciencia qui inter ſeculares poſiti exercent in
opibꝰ bonis et occupant ſemetipōs actibꝰ religioſis et ſcīs uel hoſpi
talitatē ſectando uel caritatis miniſterijs obſequendo uel miſcdias ac
uiſitaciones. aliaq̄ hmōi opera implendo in quibus alijs quidē bo
ni ſemper aliquid conferant. ſemetipōs tamē caſtos ſeruent. Sunt
ergo iſti probabiles et ualde pbabiles qui in bonis actibꝰ placēt deo
et ſunt operarij inconfuſibiles mandatoꝝ dei. ſed tamē hec oīa terre
nos habent actus et erga materias corruptibiles geruntur. Qui uō
in exercitacōe mentis deſudat et intra ſemetipm̄ ſpūtalē excolit ſē
ſum. longe illis ualde ſupior iudicandus eſt. locū namq̄ intra ſem

ip̃m ꝓparat ubi ſpũs ſanctus habitet et obliuionẽ quodãmõ cupiēs
terrenoꝝ · ſollicitudinẽ gerit de celeſtibus et eternis · Conſtituit ei
ſemper ſeip̃m ante conſpectũ dei · et exemplo ſancti Helie dicit · Vi
uit dñs cui aſto · Et omnes p̃ñciũ rerũ ſollicitudines poſt tergum
relinquens · ſolo diuini deſiderij calore conſtringitur · et ideo in lau
dibus dei poſitus ympnis et pſalmis die ac nocte non poteſt ſati
ari · Hec et multa alia his ſimilia beatus Johãnes per triduũ cõ
tinuũ loquens ad nos aĩas nr̃as refecit et renouauit · Ut autem
cepimus ab illo uelle proficiſci datis nobis benedictionib; · Pergite
inquit in pace o filioli · hec tamen uos ſcire uolo q̃ hodierna die
uictorie religioſo principi Theodoſio · Alexandrie nũciate ſũt de
Eugenio tyrãno · neceſſe eſt autẽ et ip̃m Theodoſiũ non multo
poſt ꝓpria morte uitam finire · Cumq; p̃fecti ab eo fuiſſemꝰ hec
ita geſta eẽ ad fidem cõperimꝰ ut ip̃e predixerat · Poſt dies autẽ
paucos inſecuti ſũt nos quidã fratres ãnunciantes nobis q̃ ip̃e
ſanctus Johãnes in pace iam quieuiſſet · Obitus autẽ ip̃ius talis
quidem fuerit · per triduũ inquiũt nullũ ad ſe introire p̃miſit · et
poſitis genibus in orõnem reddidit ſp̃m · atq; ita p̃rexit ad dñm
cui eſt honor et gloria in ſecula ſeculoꝝ · Amen

Rat quidam **Explicit de ſc̃o Johãne · Incipit de Hor**

uir Hor nomĩe · et hic erat multorũ monaſterioꝝ pater
qui habitu ip̃o honoris uidebatur angelici · nonagita
iam agens etatis annos · barba p̃lixa et claritatis canicie ſplendi
dã · uultu et aſpectu ita letus · ut plus aliquid habere q̃ꝫ in hoĩs natu
eſt uiſio ip̃a uideret̃ · Hic prius in ultima heremo plurimis abſti
nencie laborib; exercitatus · poſtremo in uicino urbis monaſteriũ cõ
ſtruxit · In adiacentib; autẽ habitacõĩs ſue locis · diuerſi gñis arbo
rũ ſiluas ip̃e per ſe plantaria ponendo conſeruit · in quib; ut nob
a plurimis ſanctis p̃rib; affirmatũ eſt · ante illius aduentũ nullũ
omĩno uirgultũ fuit · ob hoc autem plantauit hanc ſiluã · ut ibi fra
tres quos ſibi congregare cupiebat · non haberẽt neccitatẽ ligni grã
longius euagandi · habens curã et in his que miſterio corporis ne

explicit de ſco Io · incipit de hor

cessaria sunt. sed precipue salutis eorum ac fidei. Ipse tamen cum esset in he
remo herbis pascebatur et radicibus quibusdam et hec ei dulcia ui
debantur. aquam uero si quando inuenisset bibebat. orationibus et ymnis
occupans omne diei tempus et noctis. Ut autem ad maturam peruenit
etatem. apparuit ei angelus domini in heremo per uisum dicens. Eris in
gentem magnam et multus tibi populus credetur. eruntque per te perfecte saluan
da multa milia hominum. quantoscumque autem in hac uita positus conuer
teris ad salutem. super tantos principatum accipies in futuro. et nichil
uerearis. numquam enim aliquid tibi deerit eorum que ad usum corporis requi
runtur. quociens hec poposceris a deo. Hec cum audisset ad uiciniora
loca accessit et primo solus sub paruo tugurio quod sibi ipse construx
erat habitare cepit. holeribus conpositis uescens solis interdum etiam
post continuata ieiunia. Litteras primo ignorauit. Cum autem de
heremo ad hec que supra diximus uiciniora habitacionis loca accessis
set. data est ei diuinitus gratia. et cum a fratribus oblatus ei fuisset codex
quasi olim iam sciens litteras legere cepit. Collata est ei et aduersus demo
nes uirtus. ita ut multi ex his quos urgebant demones etiam inuiti
ad eum raperentur. protestantes summo clamore de meritis eius. Sed et
alias quamplurimas sanitates operabatur. Congregabantur interim ad eum
plurime multitudines monachorum. inter quos cum etiam nos aduenis
semus. uisis nobis letissimus redditur. cumque salutans nos orasset more
sibi solito pedes hospitum propriis manibus lauit. et docere nos ex scrip
turis que ad edificationem uite et fidei pertinent cepit. Erat enim docendi
ei gratia a deo collata. Cumque plurima nobis scripturarum capitula sapi
enter disseruisset rursum ad orationem conuertebatur. Consuetudo autem erat
ei non prius corporalem cibum sumere quam spiritalem christi communionem accipere. quo
accepto post gratiarum actionem adhortari nos etiam ad reficiendum cepit. ip
se tamen sedens nobiscum numquam cessabat aliquid de studiis spiritalibus com
monere. Narrabat ergo nobis tale aliquid. Scio hominem inquit quen
dam in heremo per tres annos continuos nullum terrenum sumpsisse
cibum. angelus enim dei tercia quaque die escam deferebat ei celestem. et hic
ei cibus erat et hic potus. Et iterum scio huiusmodi hominem quia uenie

nit ad eum demones in spetie celestis milicie et habitu angelorum cur-
rus igneos agentes et plurimo apparatu tamquam magnũ aliquẽ re-
gem deducentes. is quoque qui a ceteris ut Rex haberi uidebatur dicebat
ad eum qui hec uidebat. Implesti omĩa o homo superest ut adores
me et transferã te sicut heliã. Sed monachus hec audiens dicebat
in corde suo. quid est hoc quod dicitur. cotidie ego Saluatorẽ qui est
Rex meus adoro. hic si ẽẽt ille quomõ a me hoc exposceret quod iden-
tidem me facere sciret. Et post hec respondit ad ipm. ego habeo me-
um Regem quẽ cotidie sine intermissione adoro. tu autẽ fallax nõ es
Rex meus. et continuo inimicus ad hec uerba nusquam cõparuit. Veri-
hec ille quasi de alio nobis narrans. sua gesta sub alterius persona
memorabat. Patres tamẽ qui aderant ipi nobis affirmabant quod ipse
esset qui hec uidisset et audisset. Erat ergo hic magnificus pater
qui inter cetera bona etiã hoc prestabat aduenientibus fratribus et cũ ipso
habitare uolentibus. faciebat cõuocari fratres qui secũ erant. et in una
die aduenienti fratri cellulã edificabat. et erat in hoc ope magna a-
lacritas fratrũ. unoquoque eorum festinante. lateres cõuehere aut lu-
tũ porrigere aut aquã infundere aut ligna deferre. Vbi uero pfecta fuis-
set ipe eam omnibus utensilibus uel necessariis instructã fratri tradidit.
Hic aliquando cũ falsus quidam frater ad se uenisset. et ut uideretur
nudus uestimenta sua occultasset arguit eum corã omnibus et in medi-
um que occultauerat ptulit. Quo facto ita ptimuerũt omnes ut de
reliquo nemo auderet corã ipo fallere. Tanta in eo erat uirtus ani-
mi. et tanta diuine gratie magnitudo quã abstinentie labore et fidei
puritate quesierat. Multitudines autẽ fratrũ cũ ipo posite tanta gra-
a erant replete. ut cũ ad ecclesiam cõuenirent sicut chori angelorum uul-
tibus ac mẽtibus resplendentes ad imitationẽ uirtutũ celestiũ in ympnis
et laudibus dei puigiles uiderentur

Vidimus in Thebaida etiam aliũ uirũ nomine
Ammonẽ patrẽ triũ miliũ circiter monachorum qui taben-
nensi appellantur id est ingentis abstinentie uiri. Quibus usus est
indui collobiis quasi saccis lineis. et pelle confecta a collo post tergum

et latus deſcendente contegi. cucullis eciam caput opiūt maxime cū
ad cibū uentū fuerit. eis qꝫ eciam faciē uelant ne alius aliū parcius
cibū ſumentē deprehendat. Eſt autē eis et in capiendo cibo ſummū
ſilenciū. ita ut nec putaretur eē in eo loco aliquis hominū ubi ſedet
ad menſas. Et omnis eoꝝ conuerſacio ita eſt in multitudine poſita
quaſi ſit in ſolitudine. dum ita latet uniuſcuiuſqꝫ abſtinēcia ut ab ali
o deprehendi non poſſit. Sedent ergo ad menſam continētes magis
qͣ ſumentes cibos. ut nec defuiſſe menſis. nec tamē uentri ſatis feciſ
ſe uideantur. Maior eſt quippe continencie uirtus his abſtinē que in
oculis habentur et in manibꝫ. ¶ Vidimus et aliū ſenē manſuetudi
ne omnes hoīes precellentē Beenū noīe. de quo aſſerebant fratres qͥ
cū ipſo erant qꝫ neqꝫ iuramentū unqͣ neqꝫ mendaciū de ore eius pceſ
ſerit. neqꝫ ullus hoīm iratū uiderit eum aliquando. aut ſermonē ſup
fluū ocioſūqꝫ proferentē. ſed erat uita eius ſūmi ſilencij. moris qꝫ tran
quilli et per omīa quaſi angelici ordinis uir. Humilitas quoqꝫ īmen
ſa et in omībꝫ pro nichilo ſemetipſm ducens. Deniqꝫ cū a nobis multū
rogaretur ut aliquē ſermonē ab eo edificacōis audiremꝰ. uix impetra
re potuimꝰ ut pauca nobis de manſuetudine loquētur. Hic aliquādo
cū beſtia quedā que ypotamꝰ appellatur regionē ſibi proximā uici
nāqꝫ uaſtaret. rogatus ab agricolis uenit ad locū. et cū īmanē beluam
puidiſſet. ait ad eam Precipio tibi in noīe IHV xpi ne ultra uaſtes hāc
terram. Tū illa quaſi angelo pſequente effugata nuſqͣ comparuit. Si
mili mō eciam Corcodrillū ab eo alio tempe fugatū phibebāt. ¶ Ueni
mus autē ad ciuitatē quandā Thebaidis noīe Oxyrincū in qua tāta
religionis deprehendimꝰ bona ut ea nemo digne ualeat enarrare.
repletā eam monachis intrinſecus uidimꝰ et extrinſecus omni ex pte
circūdatam. Edes publice ſi que in ea fuerant et templā ſupſticionis
antique. habitaciones nūc erant monachoꝝ. et per totā ciuitatem
multoplura monaſteria qͣ domus uidebantur. Sunt autē in ipſa ur
be que eſt ampla ualde et populoſa duodecī ecclie in quibꝫ publicus
agitur ppli conuentus. exceptis monaſterijs. in quibꝫ per ſingula loca
oracionū domus ſunt. Sed nec porte ipſe nec turres ciuitatis aut

ullus omīno angulus eius monachoꝝ habitacōibus uacat · qui per
omnē partē ciuitatis die ac nocte ymnos et laudes deo referentes
urbem totā quaſi unā dei ecclām faciūt · Nullus enī ibi īuenitur
aut hereticus aut paganus · ſed omnes ciues xp̄iani · Omnes catholi
ci ſunt ut nichil oīo differat · ſi ep̄s in platea oꝛōnem aut in ecclīa in
dicet · Ipſi quoqꝫ magiſtratus et principales ciuitatis et reliqui ciues
ſtudioſe per ſingulas portas ſtatuūt qui obſeruent · ut ſicubi appar
uerit peregrinus aut pauper · certatī ad eum qui ꝓoccupauerit ad
ductus que ſunt neceſſaria conſequatur · De his autem que erga nos
ab ipſis ꝑplis geſta ſunt · uidentibꝫ tranſire nos per ciuitatē ſuam · et uel
ud angelis occurrentibꝫ atqꝫ honorē deferentibꝫ quomō enarremus ·
· Aut de ipſis monachis et uirginibꝫ quoꝝ īnumere multitudines ut
ſupra diximꝰ in illa urbe habentur · Requirentes enī nos a ſancto ẽ
loci ipſius · uiginti milia uirginū et decē milia monachoꝝ ibi haber
compimꝰ · quorū oīm affectū erga nos et honorē quē exhibebāt nob
exponē nec ſermo ſufficit nec uerecūdia ꝑmittit · Quō pallia nr̄a ſcid
runt · unoquoqꝫ nos ſibi rapiente et ad ſe adducē cupiente · Vidimus
quoqꝫ ibi plurimos ſcōꝝ patrū diuerſas dei gr̄ās habentes · alios in
uerbo dei · alios in abſtinencia · alios in ſignis et ūtutibꝫ mīſtrantes ·

Vidimus non longe ab urbe ad eam partē que mittit ad heremū
nomīe Theonē uirū ſanctū intra cellulam ſuā clauſum ſolitarium
qui ꝑhibebatur triginta annis ſilencij habuiſſe continenciā · Qui
tam multas uirtutes faciebat ut ꝓpheta apud illos habētur · Cōue
niebat namqꝫ ad eum per ſingulos dies infirmoꝝ plurima mult
tudo · ad quos ille per feneſtrā manū ꝓferens et uniuſcuiuſqꝫ capiti
ſupponens ac benedicens eos ſanos ab omni egritudine remittebat
Hic eciā ipō uiſu tam honorabilis erat · tantūqꝫ reuerencie gerebat
in uultu · ut inter hoīes angelus uidētur · ita letus oculis et plenus
tocius gracie apparebat · Huic cū ante paruū tempus ut cōpimꝰ
noctu latrones ſuꝑueniſſent · aurū ſe apud eū īuenturos credētes
orōne ſola ita eos uinxit ut foribꝫ eius affixi mouē ſe oīo nō poſſēt
mane uero cū ad eum turbe more ſolito cōueniſſent · et uidērīt ad

ianuas eius latrones uolebant eos igni tradere. At ille rerū necessita
te cōpulsus unū eis solū locutus est uerbū. Sinite inquit istos abire
illesos. alioquī gracia a me fugiet sanitatū. Populi uero ut audierūt
hec contradicere non audentes dimiserūt eos. Latrones uero uidētes
quid secum gestū est abiecta scelerū uoluntate et ꝑtitorꝫ malorꝫ peni
tenciā agentes ad monasteria uicina confugiūt atqꝫ ibi emendacio
nis uite formā modūqꝫ susceperūt. Erat autē supradictus uir eruditꝰ
non solū Egypciorū et grecorū lingua. sed eciam latinorꝫ ut et ab ip
so et ab his qui ei aderant didicimꝰ. Sed et ipse releuare cupiēs et con
solari peregrinacōis nr̄e laborē in tabula scribens ad nos grām doctri
nāqꝫ sui sermonis ostendit. Erat autē ei cibus absqꝫ ignis ope. Dice
bat enī qꝫ noctibꝫ ad heremū ꝓgrediens comitatu utētur plimo hēmi
bestiarū. Ipse uero hauriens aquam de puteo suo et prebens eis poclā
obsequiū earū remunerabat laborē. Huiꝰ autē rei manifestū dabatur
indiciū qꝫ uestigia bubalorꝫ. capriarūqꝫ et onagrorꝫ circa eius cellu
lam plurima deprehendebant.

Vidimus et aliū uirū sanctū nomine Apolloniū apud The
baidam in finibus Hermopolis apud quā ciuitatē Saluato
rem cū Maria et Ioseph de Iudee finibꝫ uenisse tradūt. secdm̄ ꝓphiam
Ysaie dicentis. Ecce dn̄s sedet super nubē leuē et ueniet in Egyptum
et cōmouebūtur simulachra manufacta egypciorꝫ a facie eius et ca
dent in terrā. Vidimus ergo ibi eciam templū ipm̄ in quo ingresso
Saluatore corruisse omīa ydola in terrā et cōminuta eē meōrabant.
Vidimus ergo supradictū uirū in uicina heremo sub monte quodaꝫ
habentē monasteria. Erat enī pater monachorꝫ circiter quīgentorꝫ
et famosissimꝰ in omībꝫ Thebaide finibꝫ habebatur. Opera enī mag
na erant ei et uirtutes multas signaqꝫ plima et ꝓdigia faciebat per
eū dn̄s. A puericia nāqꝫ in abstinencia nutritus ubi ad maturā puer
etatē grā dei semper cū ipō creuit. erat enī fere annorꝫ octoginta cum
eū uidimꝰ in monasteriorꝫ congregacōe florentē. sed et ipsi qui uidebā
tur eius discipuli ita ꝑfecti erant et magnifici ut oēs pene possēt sig
na facere. Quindecim ergo annorꝫ secessisse eū ferebāt ad heremū atqꝫ

ibi cū Quadraginta annis fuiſſet in exerciciis ſpiritalib9 conuerſatus
aiebant uocē dn̄i ad eū delatā dixiſſe. Apollom per te perdā ſapienciā
ſapienciū in Egypto et intellctū prudenciū reprobabo. Perdes enī ibi
eciā qui inter ipſos ſunt ſapientes Babylonis et omnē culturā demoni
orū ſubrues. perge ergo nunc ad loca habitabilia. generabis enī tibi
ꝑplm ſubſtancialē pfectū emulatorē bonoꝝ operū. At ille reſpondens
ait. Auſer ergo a me dn̄e iactanciā ne forte elatus ſuper fratres meos
cadam ab omnibus bonis tuis. Reſpondit ad eum rurſus diuina uox
dicens. Mitte manū tuā ad ceruices tuas. et quod comprehenderis
conſtringe et ſub harena obrue. At ille ſine mora ūecta manu ad cer
uices ſuas apprehendit quaſi paruulū quendā ethiopē. et continuo
dimerſit eum ſub harena clamantē et dicentē. Ego ſum. ego ſū ſupbie
demon. Poſt hec uox ad eū facta eſt a deo dicens. Perge nunc. omnia
enī quecūq; popoſceris a deo conſequeris. Ille ergo poſt hec pꝛexit ad
ea loca in quibus homines habitabant. Temporib9 autē hec fiebāt Iuli
ani tyranni. Fuit itaq; in locis illis ſpelunca quedā in heremo uicina
in qua habitare cepit. indeſinenter die ac nocte oꝛonib9 uacans atq; cen
ties ut aiebant per diem centiesq; noctis tempe genua ſua coruen
do curuans conſignabat. Cibo autē magis celeſti q̄ humano utebat(ur).
Indumentū eius ſtuppeū collobiū erat. quod apud illos lebitimarū [ł lebetes]
appellatur. et lintheū quo caput et collū obuolueret. Que tamē indu
menta ferebant pmanſiſſe ei in deſerto nūq̄ ueterata. Erat autē in
uicino heremi loco in uirtute ſpūs degens. ſigna et ſanitates miras ef
ficiens. quas enarrare pro ſui imanitate ſicut ab his qui cū ipō erant ſe
nioribus comperim9 uox nulla ſufficiet. Fama autē magnifica de eo p
uulgata cū in admiracōe omniū quaſi ꝑpha aliquis aut Apl's habe
ri cepiſſet. e uicinis regionib9 monachi diuiſis ex locis cōueniebant ad
eū et tamq̄ pio patri magna munera ſuas ei ſinguli quiq; animas of
ferebant. At ille unūquēq; eoꝝ tota religione ſuſcipiens. alios ad bene
opandum. alios ad bene intelligendū puocabat. Sed et ipſe prius oſ
tendit ea que uerbis docere cupiebat. Aliis quidem diebus unūquēq;
apud ſemetipm exercē abſtinenciā quā poſſet ſinebat. die uero dnīca ca

ritatis gr̄a secū omnes cibos sumē hortabatur. cum tamē ipse solitus ab
stinentie obseruatōib; deseruiret. Herbis solūmodo aut olerib; utēs nec
usū quidem ministerio ignis admittens. Hic cum audisset Julianū ut
supra diximus temporib; fratrē quendā ad militiā comprehensū detine
ri in carcere. uenit ad eū cum fratrib; consolandi gr̄a. et ut moneret
eum in necessitate tenere constanciam ac īminencia contempnē ac
deridere pıcula. Tempus enī ait certandi adest. in quo fideliū mētes
temptatōib; probande sunt et noscende. Cūq; his et aliis uerbis robo
raret animū adolescentis superuenit Centurio. et indignatus cur introire
ausus sit. clausū intrinsecus carcē posuit eū. et omnes qui cū ipō ue
nerant pariter cōclusit. quo scilicet eciā ipi similit̄ ad militie detine
rent officiū. constituens q; custodes q̄ plurimos abscessit. Media autem
nocte uisus est astare angelus ingenti lumine resplendens. et obstu
pefactis pterritis q; custodibus carceris claustra patefecit. Tunc uero
ipi custodes aduoluti pedib; scōz rogabant eos discedere. dicentes me
lius sibi eē mori pro eis q̄ diuine uirtuti obsistē que eoz curam gere
bat. mane uero eciā ipse Centurio cū principalib; uiris festin9 ad car
cerē uenit rogans ut discederent omnes qui teneri uidebant. dicebat
enī domū suam terremotu magno concidisse et electos quosq; famu
lorū suoz perisse. Sancti uero his auditis ympnū deo laudes q; ce
cinerunt et regressi ad heremū erant in unū positi scdm Aplōz exē
plū habentes animā et cor unū. Pater autē senior docebat eos ut co
tidie pficerent in uirtutib; et insidias diaboli quas per cogitationes
infert homib; in initiis stati retunderent. Sic enī aiebat. Confringa
tur caput serpentis et omē eius corpus emortuū reddetur. Ob hoc
enī mandat nobis deus obseruare caput serpentis. ut oīo stati ab in
icio nec recipiamus malas et sordidas cogitacōes in corde nr̄o. q̄nto
ergo magis diffundi non cōuenit in sensib; nr̄is cogitationū fanta
sias quas etiam in initio recipi uetat. Sed et illud monebat ut in
uirtutib; alter alterū uincat. nec paciatur se unusquisq; inferiorē pr
imo suo fieri. Hinc autē dicebat. Sciatis uos pficere in uirtutib; si nl
la uobis passio fuerit erga mundana desideria. Hoc enī est initium

donorum dei. Quod ſi etiam ad hoc uenerit quis uirtutum ut ſigna et prodigia
faciat et mirabilia non extollatur pro hoc neque in cogitacione ſua eri-
gatur tamquam ceteris prelatus. ſed nec hoc ipſum omnibus debet oſtendere quod do-
num gracie huius acceperit. alioquin ſeducit ſeipſum et ipſe decipitur et gra-
ciam perdit. Habebat ergo uir iſte magnifica uerba in dei doctrina
ſicut etiam nos ipſi ex parte fruiti ſumus. ſed maiorem habebat in operibus
graciam. Omne enim quidquid petiſſet a deo ſine mora conſequebatur
ſed et reuelaciones ei plurime oſtendebantur. Denique ſeniorem fratrem ſuum
qui et ipſe in heremo defunctus eſt cum quo plurimo tempore egerat uitam
perfectam uidit in ſompnis in ſede apoſtolica reſidentem atque unum ex ipſis ef-
fectum hereditatem ſibi uirtutum et gracie reliquiſſe. Cumque etiam pro ſemetipſo
oraret ut uelocius eum dominus aſſumeret et cum ipſo ſibi requiem preſtaret in
celis reſponſum eſt ei a domino Saluatore parum adhuc temporis debere eum
in terris conuerſari. donec uite et conuerſacionis eius plurimi imitatores e-
iſtant. populus namque plurimus credendus ſibi eſſet monachorum et ex-
ercitus nimius fidelium. ut per hec dignam pro talibus meritis remune-
racionem inueniat apud deum. Hec autem ut uidit ita geſta ſunt. Conue-
nerunt enim ex omni loco monachi fama et doctrina eius inuitati et
precipue exemplis eius quam plurimi ſeculo abrenunciantes conuentum quen-
dam magnificum fecerunt apud eum in ſupradicto montis loco commu-
nem uitam unius menſe Vnanimiter obſeruantes. Hunc ergo tamquam ue-
re celeſtem quendam et angelicum cernebamus exercitum omnibus uirtutibus
adornatum. Nullus ſane in eis ſordidis utebatur ueſtimentis. ſed ſple-
dore ueſtium pariter atque animorum nitebant ita ut ſecundum ſcripturam le-
taretur heremus ſiciens. et multi filii eius uiderentur in deſerto. Quam-
quam uis de eccleſia dicta ſint. tamen in Egypti deſertis hec etiam hiſtorica
relacione completa ſunt. Ibi enim tante per urbes multitudines ue-
nerunt ad ſalutem quantas Egypti deſerta protulerunt. Nam quanti populi
habebantur in urbibus tante pene habebantur in deſertis multitudi-
nes monachorum. Vnde michi uidetur etiam Apoſtoli dictum in eis eſſe
completum. quod ubi habundauit peccatum ibi ſuperhabundauit gracia. Ha-
bundauit enim aliquando inmundus ydolorum cultus in Egypto ſicut

nuſq̄ in ullis gentib; Canes enī et ſimias atq; alia portenta uene
rati ſunt. Allia quoq; et cepas et nōnulla holerū deos eē credebāt
ſicut ab ipō patre Apollonio narrante didicim9. cauſā nobis priſce
eorū ſupſtitionis hoc mō exponente. Bouē quidē aiebat deū eſſe
crediderunt aliquando egyptij. pro eo q̄ per ipſm rura excolētes uic
tū cibūq; capiebant. Sed et aquā Nili pro eo q̄ uniūſas rigabat egyp
ti regiones uenerabant'. Colebant quoq; et terrā utpote uberiorem
ceteris terris. Canes etiā ut ſupra diximus et ſimias ac diūſa herba
rū genera atq; olerū colebant pro eo q̄ occaſionē ſibi ſalutis per hec
ueniſſe opinabantur tempib; Pharaonis. Cuta hec enī ſingula oc
cupatio eis exorta uidebatur cū ille pīēs nr̄os pſequens ſubmerſus
eſt. et unuſquiſq; id per quod occupari uiſus eſt ut nō Pharaonē ſe
quētur. hoc ſibi deū reputauit dicens. quia hoc michi deus fuit hodie
ut non ſequerer Pharaonē ne ſimul cū eo dimergerer. Hec ergo erāt
uerba ſancti Apollonij que nobiſcū loquebatur. Sed multo magis illa
ſcribi oportet exempla que in opib; et uirtutib; habuit.

ERant aliquando in circuitu eius poſiti decē circiter gentiliū — Nō mirabilia fcā p S. Apollō
uici apud quos demoniaca ſupſticio ſūmo ſtudio colebatur.
Templū enī ibi erat ampliſſimū atq; in eo ſimulachrū quod mo
ris erat circūferri a ſacerdotib; bachanciū ritu cū reliqua multitu
dine circūeuntib; et quaſi pro aquis pluuialib; pſana miſteria pa
gentib;. Contigit autē ſub eo tpe quo huiuſmodi ab eis gerebantur
iter agere btīn Apolloniū per ipa loca cū aliq̄ntis fratrib;. et cū ui
diſſet infeliciū turbas quaſi demone quodā agi. bachariq; per cāpos
miſeratus errorē eoꝝ finis gentib; orauit dñm et Saluatorē noſtrū.
et omnes eos qui cerimonijs demoniacis agebantur cū ſimulachro
ſuo ſtare fecit īmobiles. nec pgredi oīno poſſe. atq; ita per totū diem
rapidiſſimis aduſti eſtib; pmanſerūt. ignorantes unde eis hec re
uno in loco īmobilit' contigiſſet. Tunc ſacerdotes eoꝝ dicebant eē
quendā xpianū in regionib; uicine heremi cōmanentē Apollonium
noīe et ipiu9 eē hec opa. qui niſi eēt exoratus ſibi piculū pmāſu
rū. Ut autē ad rei tante miraculū cōuenerūt undiq; qui audie

runt et percunctantes que tanti cauſa exiſteret monſtri· ignorare ſe pe
nitus fatentur· ſuſpicionē tamē dari ſibi dicūt· ſupradicti uiri quē ec
exorare pro ſe depoſcūt. Tunc quidam ex illis uere eos opinari aiūt· nā
et uidiſſe ſe cū illo itinē preteuntē confirmant· et tamē adhibē queq;
putabant prodeſſe auxilia non morant̄. Adducūt boues quorum uirtu
te uidētur poſſe moueri ſimulachrū· ſed cū nec ſic quidē aliquid pfeciſ
ſent· omni auxilio fruſtrati legatos ad hoīem dei mittūt/ pollicentes
ut ſi eos ſoluat his uinculis pariter quoq; erroris in eis uincula diſ
ſoluet. Hec ubi nūciata ſunt ei· ſine mora deſcendit ad eos· et orone
ſola ad deū fuſa omnes reſoluit. at illi ſine dilatione unanimit̄ omīs
confugiūt ad eum ſalutari deo uno credentes et gracias referentes. Si
mulachrū uero quod erat ligneū continuo igni tradūt. ipſi autē ſecu
ti hoīem dei atq; edocti ab eo fidem dnī eccliē dei ſociati ſunt. Plurim
uero ex ipſis cū ipō pmanſerūt· etiā nunc in monaſteriis degunt. Fac
tamē huiꝰ mirabilis fama ubiq; diffuſa eſt· et multi pro hoc ad fidem
dnī cōuertebantur· ita ut in omīb; illis regionib; nullus iam pene gē
tiliū remanſerit. Poſt aliquantū autē tempis certamē erat de finibus
inter duos uicos· hoc cū nūciatū fuiſſet homini dei Apollonio/ feſti
nans deſcendit ad eos pacis gracia· ſed illi furore contencionis incēſi
nullo gnē ad pacis conſiliū flectebantur· maxime eo q̄ uniꝰ partis
pplus plurimū fiducie in uiribus cuiuſdā latronis gerebat qui ipiꝰ
certaminis ſignifer uidebatur. Hunc cū uideret Apollonius paci
reſiſtentē dicit ad eum. Si michi o amice adquieſcere uolueris ad pa
cem rogabo deum meū et remittet tibi peccata tua. At ille cū au
diſſet nichil oīno diſtulit· ſed genib; eius puolutus ſupplicabat ei.
Tunc deinde conuerſus ad turbas que cū ſecute fuerant fecit omnes
cū pace diſcedere· quib; ſecedentib; ipē pmanſit cū homine dei expec
tans ab eo pmiſſū. Cū uero Apollonius aſſumens eū et cū ipō ite
agens ad monaſteria docebat eū mutare debere ordinē uite et pa
cienter a deo querē miſcdiam. pmiſſionēq; ex fide expectare· omnia
eni poſſibilia dicebat eē credenti. Cūq; noctis tempe ſimul in monaſ
terio requieuiſſent· per uiſum ambo uident ſe eſſe in celis et aſſiſte

ante tribunal xpi videret etiã angelos dei et sanctos quosq; adoran
tes dnm. Et cũ hec uidentes etiam ipi adorassent deum. uox dei ad
eos defertur dicens. Licet nulla sit cõmunio luci ad tenebras nec
sit aliqua porcio fideli cũ infideli tamẽ donatur tibi salus istius pro
quo supplicasti Apollonii. Hec et alia multa cũ audissent in celesti
uisione positi que neq; sermo narrare sufficit neq; auris audire. surrex
erunt e sompno et que uiderant frib; indicarũt. Admiratio autem
ingens eẽ cepit cũ unũ atq; idem utriq; narraret. Permansit autẽ
cum fratrib; latro ille iam sanctus uitam suã mores q; ad omnẽ in
nocenciã pietatẽq; cõmutans tanq; in agnũ uersus ex lupo ut in eo
plenissime cõpleri uideret pphecia ysaie dicentis Lupi cũ agnis
pascentur et leo et bos simul paleis uescentur. Vidimus ibi quosdã
etiam gentis ethiopũ uiros cũ monachis uiuentes et multos ex
eis ceteros monachos in obseruancia religionis et uirtute animi
pcellentes ut et in ipis compleri uideretur scriptum que dicit. ethi
opia pueniet manus eius deo. Adhuc autẽ in gestis sancti Ap
pollonii ferebatur etiã hoc factũ. Quodam tempe dicebat. exorta
contencio inter duos uicos quorũ alius xpianorũ alius gentiliũ
fuit. procedente uero ex utraq; parte turba plurima accidit ut scs
Apollonius superueniret. Cumq; eos hortaretur ad pacẽ quidã eorũ
qui inter gentiles quasi capud et causa belli illius erat. homo tru
culentus et ferus obsistebat ei uehementer dicens se nõ pmittẽ fieri
pacem usq; ad mortẽ suam. Tunc beatus Apollonius fiat inquit
ut optas. nullus enĩ hic alius preter te perimet. sed et mortuo tibi
sepulchrũ fiet non terra. sed bestiarũ ac uulturũ uentres. et cõtinuo
sermo eius efficitur ueritas. nullus enĩ ibi alius ex utraq; parte nisi
solus ipe cecidit. quẽ cũ sub harena obruissent. mane regressi inue
nerũt eũ a bestiis effossũ laniatũq; atq; a uulturib; deuoratũ. Cũq;
omnes admirationẽ habuissent q; sermo hominis dei ita fuisset i
pletus. cõuersi sunt omnes ad fidem Saluatoris dni et Apolloniũ
pphãm dni predicabant. Sed et hoc enarrari cõuenit qd ab eo
primis adhuc dieb; quib; in spelunca habitare cũ paucis frib; cepat

factū didicim⁹. Dies ſanctus aduenit Paſche. Et cū ſollempnitas ui
gilianū ſacramentoꝝ q̄ intra ſpeluncā fuiſſet expleta. atq; ex his q̄
fuerant apud eos refectio paratur. erant autē eis pauci tantūmodo
et ſicci panes atq; olera ex his que ſale aſperſa reponi apud eos ſolēt
Tunc Apollonius fratres qui ſecū erant ita alloqui cepit. Si eſt in
nobis fides et uere fideles ſumus famuli xp̄i. petat uniſquiſq; nūc a
deo ſi quid quis quaſi in die feſto ſumere libenter habet. At illi ip̄i po
cius qui eos et etate et meritis p̄cellerēt hec a deo poſcenda pmittunt
ſemetip̄os inferiores hui⁹ gratie iudicantes. Tunc ille cū omni alacri
tate oṙonem fudit ad dn̄m. qua expleta cū omnes reſpondiſſent amē
ecce repente ante fores ſpelunce aſtare uident hoīes quoſdam ſibi pe
nitus ignotos. quiq; tam multas copias rerū omniū que ad uſus
dūtaxat ciboꝝ ptinent detulerant. ut neq; tam multa neq; etiam
tam diuerſā facile quiſq; uiderit. In quib; erant quedā que oīno in
Egypti regionib; nūq; uiſa ſunt pomoꝝ genera et magnitudo īcre
dibilis. uue ſcilꝫ nuces ficus mala quoq; punica et ante tempus omia
faui atq; mellis et lactis copia. nicolai etiā ingentes et panes calidi
atq; mūdiſſimi qui tamē peregrine uiderentur ēē prouincie. Viri aūt
qui hec detulerant ſtatī ut ea monachis tradiderūt quaſi feſtinant
ad eum a quo miſſi fuerant redire cupientes mox diſceſſerūt. Tunc ip̄i
gracias deo referentes. ex eis que ſibi fuerant delata ueſci ceperūt. quā
tanta fuit copia ut uſq; ad diem Penthecoſten cotidie miniſtrata ſuffi
cerent. certi q̄ hec ſibi a deo ſollempnitatis gr̄a miſſi ſint. Compe
rim⁹ etiam hoc q̄ quidam ex fratrib; cui deerat humilitatis et man
ſuetudinis gracia popoſcit ab eo ut peteret a dn̄o ut ſibi donaretur
hoc munus. orante illo tanta in eum gracia manſuetudinis et hu
militatis aduenit ut omnes fratres ſtuperent de tranquillitate a
nimi eius et modeſtia in quo prius nichil horū uiderant. Orta eſt
aliquando fames apud Thebaidā. Scientes autē habitatores terre
illius q̄ monachi qui cū Apollonio deo ſeruiebant frequenter etiā
ſine cibo per dn̄i graciā paſcebant̄. omnes ſimul cū uxorib; et filiis
pergunt ad eum cibū ſimul benedictionēq; poſcentes. At ille nichil

dubitans proferre cepit ex his que ad usus fratrū reposita erant. et
dare singulis copiose. Cum uero tres sole panū sporte remansissent
fames autē populos uehementer urgeret iubet pferri in mediū spor
tas que sole supfuerant uni⁹ diei uictum monachis prebiture. et in
auditu tocius populi qui famis necessitate confluxerat eleuatis ad deū
manibus ait. Nūqd non ualet manus dn̄i multiplicare hec. Sic sp̄us
sanctus dicit. non deficient panes in sportis his donec saciemur om̄es
de frugibus nouis. Et ut plimi ex his qui tūc in p̄nti fuerant confirma
bant quatuor continuis mensib; neq; cessatū est unq̄ erogari panes ex
sportis neq; deesse potuit aliquando. Similit̄ aut̄ et alio tp̄e fecisse eū
de frumenti et olei specie phibebant. Quib; uirtutib; motus diabolus
taliter dixisse ad eū fertur. Nūquid helias es tu aut alius aliquis pph̄a
rū qui hec facē ausus es. At ille respondens dixit ei. Quid enī. nōne et
pphete et Ap̄li homines erant qui nobis et fidem suam et gratiā tra
diderūt. aut tunc deus presens erat nūc uero absens est. Deus om̄ia
potest et que pt̄ semper potest. Si ergo deus bonus est tu diabole quare
tam malus es. Hec ut supradixim⁹ a seniorib; uiris religiosis et scis
per eum gesta eē fideli narracōe compimus. Et q̄uis eoꝝ fidelis sit
habenda relacio. maiorē tamē fidem rerū per eū prestitit dn̄s etiā hoc
quod nosip̄i oculis nr̄is inspexim⁹. Plenas etiam sportas panib; defer
ri uidimus ad uacuas mensas. et cū replerentur panib; mense atq; ad
omnē sacietatem consumerent. plene nichilominus recolligebantur.
Aliud quoq; quod apud eū mirū uidim⁹ non silebo. Tres eramus nos
fratres cū uenim⁹ ad eum. et ecce longe adhuc nobis positis ab eius
monasterio occurrerūt nobis fratres qui ab ip̄o ante triduū audierāt
de aduentu nr̄o. Occurrerūt autē nobis cū psalmis. hoc enī moris est
eis facē in aduentu omniū monachoꝝ. Et adorantes in facies suas
usq; ad terrā osculabantur nos. atq; ostendentes nos sibi inuicē dice
bant. Isti sunt fratres de quoꝝ aduentu ante triduū nobis pater A
pollonius predixerat dicens. post triduū affuturos tres fratres de Ihe
rosolimis uenientes. Alij ergo ex fratrib; precedebant nos. alij sequebāt
utraq; tamē turma psallebat. Vbi autem appropiquare iam cepim⁹

audita uoce pſalmi. eciā ipē ſanctus Apollonius procedit in occurſum.
Et ut uidit nos ſtatim prior adorauit uſqꝫ ad terrā. et ſurgens oſculo
nos ſuſcepit. Vbi autē ingreſſi ſumꝰ monaſteriū. oratione prius ut mo
ris eſt data. pedes nrōs ꝓpriis manibꝫ lauit. et cetera que ad requiē cor
poris ꝑtinent adimpleuit. Hec autē ita facē ei moris erat omībꝫ aduē
tantibꝫ. Conſuetudo autē erat apud eum. ut fratres qui cū ipō erant n̄
prius cibū ſumerent qͣ̄ coīonez dominicā ꝑciperent circa horā diei no
nā. et poſt hec interdū ſic uſqꝫ ad ueſperā ꝑmanebant. dū uerbū dei audi
entes de mandatis dnī implendis ſine īt'miſſione docebant. Poſt
hec iam cibo ſumpto. alii ipoꝝ ad heremū ſecedebant per totā noctē
ſcripturas diuinas memoriter recolentes. Alii in eodem loco ad quē
cōuenerant ꝑmanebāt. et uſqꝫ ad lucē in ympnis et laudibꝫ dei ꝑui
giles ꝑdurabant. ſicut et ipē ego preſens uidi. Aliquāti uero ex ipſis
circa horā nonā cum deſcendiſſent de monte ꝑcepta grāā dnī ſtatim
diſcedebant ſolo hoc ſpiritali cibo contenti. et hoc faciebant per pluri
nō mos dies. Supra modū autē leticia et gaudiū inerat eis. et tanta exulta
cio quāta ab ullo hoīm haberi non poſſit in terris. nullus in eis triſtis ā̄i
mo īueniebatur. ſed ſi aliquis uiſus fuiſſet aliquātulū meſtior. ſtatī pater
Apollonius cauſam meſticie ꝑquirebat. frequenter autē eciā ſi aliquis
occultare uoluiſſet. ipē enūciabat quid lateret in corde. ita ut is qui pati
ebatur agnoſceret. Monebat ergo eos dicens. non oportē prorſus ineſſe
triſticiam his quibus ſalus in deo eſt et ſpes in regno celoꝝ. Triſtentur
aiebat gentiles et lugeant iudei. plangant ſine ceſſacōne peccōres. iuſti
uero letentur. Nam ſi hii qui terrena diligunt ſuper caducis et fragilibꝫ
rebus letantur. nos qui tante glorie ſpem et eternitatis habemꝰ expec
tacionē cur nō omni exultacione letemur. aut non et Apl's nos ita
monet dicens Semper gaudete ſine intermiſſione orate in omībꝫ grās
agite. Sed quis poſſet doctrinā eius et uerboꝝ grām ſufficient' ex
ponē. Vnde ſilere de his melius cenſeo qͣ̄ parū digne ꝓloqui. Multa
enī nobis beatus Apollonius ſecrecius de racione abſtinencie et de con
uerſacionis integritate. multa enī de hoſpitalitatis ſtudio diſſerebat
et ꝑcipiebat attencius ut aduenientes fratres quaſi dnm̄ ſuſciperemꝰ

aduentũ· nam et adorari aduenientes fratres ꝓpterea inquit tradicio
habetur· ut certũ ſit in aduentu eoꝝ· aduentũ dñi nr̃i IHV haberi·
qui dicit· hoſpes fui et ſuſcepiſtis me· Sic enĩ et Abrahã ſuſcepit e
os qui hoĩes quidem uidebantur· dñs autẽ in eis intelligebatur· Inter
dũ autẽ etiam contra uoluntatẽ cogere fratres ad corpalẽ requiẽ· ſancti
Loth exemplũ ꝓponebat· qui angelos ui cõpulſos ad hoſpitiũ domus
ſue pduxit· Sed et hoc monebat ut ſi fieri poſſet cotidie monachi cõmu
nicarent miſteriis xp̄i· ne forte qui ſe longe facit ab his· longe fiat a deo
qui autẽ frequencius hec ſuſcipit· frequencius ipm̃ uideatur ſuſcipe Sal
uatorẽ· quia ipſe Saluator ita dicit· Qui manducat carnẽ meã et bibit
ſanguinẽ meũ in me manet et ego in eo· Sed et ipa inquit cõmemo
racio dnĩce paſſionis cũ aſſidue fit a monachis plimũ utilitatis eis
confert ad exemplũ paciencie· Sed et cõmonicio datur per hec ut ſtu
deat unuſquiſq; ita ſemper paratus inueniri ne indignus habeat diui
nis miſteriis· Addebat autẽ his q̄ etiã remiſſio peccatoꝝ per hec creden
tibus detur· Ieiunia ſane legitima id eſt quarta et ſexta feria monebat
non eẽ ſoluenda niſi grandis aliqua neceſſitas fieret· quia quarta fe
ria Iudas de tradicione dnĩ cogitauerit· et ſexta feria crucifixus eſt Sal
uator· Videbitur ergo qui in his dieb; ſine aliqua neceſſitate ſoluerit ſta
tuta ieiunia uel cum tradente tradẽ Saluatorẽ· uel cũ crucifigentib; cru
cifigere· Dicebat ergo ut ſi forte in dieb; ſupradictis ſuperuenerit aliqs
fratrũ· ſi quidem ante horã nonã itineris cauſa uelit reficẽ ponendam
eẽ ei menſã ſoli· qđ ſi nollet non eũ eſſe cogendũ· Cõmunis namq; hui9
obſeruancie tradicio eſt· Culpabat ſane ualde eos qui uel comã capitis
nutriũt uel ferrũ in collo circũferunt· uel aliquid tale quod ad oſtenta
cionẽ hoĩm fieri uidetur gerunt· Certũ eſt enĩ inquit q̄ iſti laudẽ ab ho
minib; querant et oſtentacoĩs cauſa hec faciant· cum mandatũ ſit
etiam ieiunia ipa in occulto celebranda ut deo ſint cognita qui uidet
quod in occulto fit et reddit in palam· ſed ut uidetur iſti non ſũt cõ
tenti eius teſtimonio et remuneracoẽ qui uidet in occulto· ſed manifeſ
tari ſe apud hoĩes uolunt· Omnis enĩ abſtinencie racio in occulto ha
benda eſt· ut et corpus ieiuniis fatigetur· et tamẽ non apud hoĩes

iactantia sed apud deum retributio queratur. Hec et multa alia no
bis de cõuersacione monachorũ per totã edisserens septimanã dierũ
et fidem doctrine gestorũ suorũ auctoritate confirmans. Ubi pficisci
cepim⁹ ab eo ꝓductus nos ip̃e aliquãtulũ monebat dicens. Ante õi
a dilectissimi pacẽ habetote inter uos et nolite ab inuicẽ separi. Tuc
cõuersus ad fratres qui simul cũ eo ꝓducentes nos aderant dixit. Qs
uestrũ fratres promptus est deducẽ eos usq; ad uicina patrũ monaste
ria. et cũ pene omnes ꝓmptissime semetip̃os obtulissent et ꝓgredi no
biscũ uellent. ip̃e sanctus pater Apollonius elegit ex omnib; tres qui et
grecã linguã et egyptiacã bene nossent. ut sicubi necessariũ fuisset inter
ptarentur nobis. quiq; et in collocucõib; suis edificare nos possent. Man
dens ergo eos nobiscũ precepit eis ne prius a nobis discederent. q̃ oẽs
patres atq; omnĩa que uellemus monasteria uideremus. q̃rũs omni
circuire nemo sufficiat. Benedicens ergo nos dimisit atq; in hec uba
benedictionẽ dedit. Benedicat uos dñs deus ex syon ut uideatis que bo
na sunt in ihrlm omnib; diebus uite urẽ. Finit de Apollonio. Inci
QUe audiuimus de Ammone sancto uiro. cui⁹ pit de Ammone
etiam locũ in quo habitauerat uidim⁹ in deserto omittenda
non credidi. Igitur cũ ad locũ eius puenissemus et ꝓgrederemur ad locũ
deserti contra meridianũ. uidimus per harenã uestigia tractus dra
conis ingentis. cui⁹ tanta magnitudo apparebat quasi trabes aliqua
per harenã ducta uideretur. Quod ut uidim⁹ timore ingenti pculsi
sumus. fratres autẽ qui nos deducebant hortabantur nichil omnino
nos formidare sed magis fiduciã cape et per uestigiũ sequi draconẽ.
Uidebitis enĩ inquiunt quantũ ualeat fides cũ a nobis uideritis eum
extingui. multos enĩ et dracones et angues et cornutas manibus
nrĩs peremim⁹. Sic enĩ scriptũ legimus. quia credentib; in se cõcedat
Saluator calcare super serpentes et scorpiones et super omnẽ uirtu
tem inimici. Sed illis hec dicentib; nos pre infidelitatis fragilitate
magis magisq; metuebam⁹. et rogabamus eos ne uellent sequi dra
conis uestigia sed potius ut recto itinẽ ꝓgeremus. Unus tamẽ ex ip̃is
alacritate impaciens insecutus est draconẽ. et cũ non longe inuenisset

eius speluncam

finit de Apollonio Incipit de Ammone

eius speluncam clamabat ut ueni9 ad eum et uiderem9 exitū rei.
Interea occurrit nobis quidam ex fratribꝫ qui ———— in ui
cina heremo habitabat et ꝓhibuit nos sequi draconē dicens inge
tis ee͂ magnitudinis bestiam. nec posse nos ipm̄ saltē eius uisum
aspectumq; tollerare precipue quia nichil in usum habuerim9 uiden
di. semetipm̄ uero fatebatur uidisse bestiā. cuius uastitas quidem
incredibilis. longitudo uero distendebatur in quindecim cubitos. Cū
q; nos ad locū dehortatus ee͂t accedere. ipe͂ ꝑperans fratrē qui illic
nos operiebatur paratus ad perimendam bestiā abstraxit secūq; re
uocauit et nolentē discedere nisi extinguerēt eam multa prece deflexit
Qui cū uenisset ad nos ignauiā nostrā infidelitatemq; redarguit. Per
uenientes autē ad cellulā fratris illius qui nos rogauerat cū multa
dilectione suscepti ab eo requieuim9. Ille ergo narrabat nobis qđ in
illo loco ubi ipe͂ cōmanebat quidā fuit uir sanctus cui9 ipe͂ ee͂t dis
cipulus Ammon nomiē. per quem plurimas uirtutes fecerat dn̄s
Inter ceteras igitur etiam hoc de eo narrabat. Frequenter inquit ue
niebant ad eum latrones panē quo solo uescebatur auferentes ei et si
quid erat quod ad uictū continentissimū repositū uidebatur. Cumq;
frequenter ab his molestiam pateretur. quadam die ꝑcessit ad heremū
et inde rediens duos dracones ingentes secū comitari iussit atq; ad
ostiū monasterii sui manē eis precepit ingressumq; seruare. Veni
unt ex more latrones. uidentes qui ee͂nt custodes in limine. et ut ui
derunt exanimes et amentes effecti obmutuerūt statim et conci
derunt. quod ubi senior sensit egressus inuenit eos semineces et acce
dens atq; erigens increpauit eos dicens. Cernitis quantū uos du
riores estis bestiis. ille enī nobis ꝑpter deum obediunt. nos autē nec
deū timetis nec uitam seruoꝝ dei erubescitis. Verūtamen introdu
cens eos in cellam posuit eis mensam et iubet ut ꝑciperēt cibum.
Illi uero corde compuncti et ab omni mentis sue inmanitate cōuer
si. multis qui prius dn̄o seruire ceperant in breui meliores fiunt
In tantū enī per penitentiā profecerūt ut post non multū temporis
etiam ipi eadem facerēt signa easdemq; uirtutes. Alio preterea tpe

ĩmaniſſimo quodam dracone uicinas uaſtante regiones et plimos
puniente. uenerũt habitatores loci illius ad ſupradictũ patrẽ orã
tes eum ut de regionib; ſuis pelleret beſtiam. ſimul etiã ut ad mi
ſericordiam flecterent ſenẽ puerũ quendã paſtoris filiũ ſecũ deferẽt
qui ſolo uiſu draconis exterritus mente excederat et a ſolo alitu beſ
tie exanimis portabatur ac turgens. Tunc ille puerũ quidẽ pun
gens oleo reſtituit ſanũ. ſemetipſm uero ad necẽ draconis inſtigãs
illis uiteri quasi qui nichil poſſet iuuare pmittẽ nichil uolut.
matutĩe autẽ ſurgens abijt ad degreſſus beſtie et fixit genua ſua
in terra deprecans dñm. Tunc beſtia cũ ingenti impetu uenire ſu
per eũ cepit teterrimis flatib; atq; ſibilis ſtridoribusq; pmiſſis. At
ille nichil horũ metuens. cõuerſus ad draconẽ dixit. Perimat te
xp̃s filius dei qui perempturus eſt cetũ magnũ. Et ubi hec ſemel
dixit. ſtatim diriſſimus draco omne ſimul cum ſpũitu euomens
uenenũ diſruptus crepuit medius. Cum autẽ cõueniſſent finitimi
habitatores et facto miraculo obſtupeſcerent fetoris uehementiam
non ferentes congregauerũt ſuper eum harene moles ĩmenſas.
aſtante tamẽ ibidem prẽ Ammone. quia nec ſic quidẽ cũ mortu
a fuiſſet beſtia ſine ipo appropinquare ei audebant
Erat quidam preſbiter Copres nomine in ipa h̃emo. ha
bens monaſteriũ uir ſanctus annoꝝ circiter octoginta.
et ipe multas uirtutes faciens. languores curans et efficiens ſa
nitates. ſed et demones fugans et multa mirabilia faciens. ex q̃b;
nõnulla etiam nñ in pñcia effecit. Is ergo cũ uidiſſet nos et oſcu
lo ſalutaſſet. atq; ex more poſt orõnem etiam pedes lauiſſet. require
bat a nobis que gerentur in ſeculo. Nos autem rogabam9 eum ut
magis ipe nobis de ſuis geſtis aliqua narraret. et ex quib; actibus
uel meritis dñs ei tantã gratiã contuliſſet exponeret. At ille nich
il dedignatus et ſue uite et prioꝝ ſuoꝝ patrũ narrare nobis or
dinẽ cepit quos tamen longe illuſtriores ſe fuiſſe phibebat. ſeq; ip
ſoꝝ parua uix exempla ſectari dicebat. Ergo nichil magni eſt
o filioli quod in nobis uidetis ad comparationẽ ſanctoꝝ patrũ.

Erat enī quidam ante nos uir nobiliſſimꝰ pater nomīe . Mucius .
hic fuit primꝰ in hoc loco monachus . et in omni hac heremo
uiā ſalutis omībꝫ nobis primus oſtendit . hic autē primo gentilis
fuit latronū maximus . et ſepulchroꝝ uiolator atqꝫ in omībꝫ flagi
cijs opinatiſſimꝰ . ad quē tali ex modo occaſio ſalutis aduenit . Nocte
quadā ad domū cuiuſdam uirginis deo ſacrate expoliandi cauſa
perrexit . cūqꝫ machinis quibuſdam que hmōi artificibꝫ ſatis note ſūt
domus eius tecta conſcendiſſet querens quali arte uel quo aditu in
penetralia eius irrūperet . difficultate penetrandi operis inexus pluri
mū noctis tempus in tectis poſitus ſine ullo tranſegit effectu . Poſt
multos uero animi conatus fruſtra adhibitos ueluti feſſus ſompno
opprimitur . et per uiſū ſibi aſſiſtere uidit quēdā regio habitu ducē
tem . Deſine iam ab hijs flagicijs et ab effuſione humani ſanguinis
ceſſa atqꝫ ab execrabilibus furtis ad laborē religioſū cōuerte uigili
as et ſuſcipe celeſtē angelicāqꝫ miliciam . atqꝫ ex hoc iā animi uirtu
tibus uiue et ego te huiꝰ milicie ducē ac principē faciam . At ille
cū gratanter que ſibi offerebantur audiſſet . oſtenditur ei exercitus
monachorū et principatū ſuper eos iubetur tenē . In his euigilās
aſtantē ſibi uidit uirginē requirentē quis aut vnde uel cur illuc ad
ueniſſet . At ille quaſi amens effectus nichil ei reſpondit . ſed tantū
ut eccliam ſibi oſtenderet rogat . Illa uero cū intellexiſſet in ſe aliqd
eē opis diuini . hominē pducit ad eccliam ac pbris offert . ad quorū
ille ueſtigia pruens rogabat xpianū ſe fieri et illico ſibi penitenciā
dari . Pbri uero qui cognoſcebant uirū hunc eē omīum flagicioꝝ prin
cipē mirabantur ſi hec uere loquetur . Et cū pſeuerancia ſui fidem rei
feciſſet monent eū ut ſi hec uellet illa penitus omitteret . Dehinc
cū religionis inicia ſuſcepiſſet orat ſibi dari precepta quibꝫ uiā ſa
lutis deberet incedere . At illi tres ei primi pſalmi uerſiculos tradunt
Quibꝫ ille diligenter conſideratis . ſufficē ait ſibi eos ad uiā ſalutis
et ſcienciam pietatis . Tribusqꝫ diebus pmanens apud eos ad here
mū pficiſcitur . vbi plurimo tempe demoratus et die ac nocte in o
racōe cū lacrimis pdurans . cibū ex radicibꝫ capiebat herbaꝝ . Re

greſſus autem ad ecclīam · tres uerſiculos pſalmi quos a presbiteris
pcepat non ſolū uerbis ſed et rebus atq; opib; reddidit · Pbri uō mi
rabantur q̄ ſubito conuerſus acerrimā ſtatī iniecerit ſibi abſtinē
ciam · et instruentes eum plenius ex diuinis ſcripturis hortabantur
ſecū demorari · At ille ne uideretur ēē inobediens unā apud eos exegīt
ebdomadam · rurſus ad heremū perrexit · atq; ibi per ſeptē cōtinuos
annos in omni abſtinencia degens · plenitudinē gracie conſequitur
a dn̄o ita ut omnes pene ſcripturas memoriter retinēt · panē uero
dn̄ica tantū die ſumebat et hunc diuinitus delatū · nā cū oraret
ſurgens ab orōne īueniebat panē poſitū quē nemo hominū detu
lerat · Hunc ubi cū graciarū actione ſumpſiſſet · ſufficiebat ei uſq;
ad alterā dn̄icam diem · Poſt multū autē tpis iterū regreſſus a deſer
to · exemplo abſtinentie ſue q̄ plimos ad imitacionem ſui īuitauit
Inter quos ad eū acceſſit adoleſcens quidam cupiens eius ēē diſcipl'
Cui ille cū habitū monachoꝝ · hoc eſt lebetā et cucullā ac melotē
que eſt caprina pellis impoſuiſſet · docere eū de ceteris monachorū
inſtitucōib; cepit · Multa ſane cū ſollicitudine curabat · ſicubi quis
xpianoꝝ · fuiſſet defunctus ut ſepeliret eū · quē cū uidiſſet adoleſcēs
ille diſcipulus ſuus ſūma cū diligencia mortuis indumenta aptan
tem · dixit ad eum · Vellem ut et me mortuū ita indueres ac ſepelires
magiſter · At ille ait · Ita faciam fili et tam copioſe te induam donec
dicas ſufficit · Poſt non multū uero tpis defunctus eſt adoleſcēs et
pdictus ſermo completur · Cū eni plurima ei indumenta circūdediſ
ſet ait ad eum coram omib; · Sufficiunt tibi hec ad ſepulturā filiole
an adhuc uis ut aliquid addamus : Tunc defunctus uocē cunctis
audientib; emiſit · obuelata iam facie uultuq; conſtricto et dixit · Suf
ficit pater impleſti quod pmiſeras · Obſtupuerunt autē qui pn̄tes ad
erant et admirati ſunt ualde ſuper tam mirabili facto eius · At il
le ſepulto adoleſcente continuo ad heremū rediit · ſūmo ſtudio iactan
ciam declinans · Quodam autem tempe iterū de heremo ue
nit ad uiſitandos fratres quos ipſe inſtituerat · Et cū quidā ex eis
in extremis ageret reuelatū eſt ei a dn̄o q̄ moriturus eēt · Hora aūt

iam erat ad ueſperã. feſtinabat ergo ut eum uidere poſſet. Vicus
autẽ ubi decubuerat eger. longo adhuc aberat ſpatio. Et nolens
noctu introire uicũ. ſimul et Saluatoris ſermonẽ intra ſemetipſum
meditans quo dicit. ambulate cũ adhuc lucet ne uos tenebre cõ
prehendant. et qui ambulat in luce non offendit. Et cũ uideret
iam ſolẽ demergi cepiſſe ait ad eũ. In nomĩe dñi IHV xpi ſta par
liſp in itinere tuo et expecta me donec ad uicũ perueniã. At ille cũ
aliqua iam mergi cepiſſet ex parte. reſtitit. nec prius occubuit q̃ ho
mo dei perueniret ad uicũ. Hoc autẽ manifeſtũ factũ eſt omnib' illis
qui ibidem conſiſtebant. Stantes autẽ et intuentes moras ſolis in
occaſu. mirabantur omnes quid ſibi uellet hoc q̃ per tot horas in
occaſu ſuũ non deſcenderet ſol. Videntes autẽ prẽm Muciũ de here
mo uenientẽ. querebant ab eo quod hoc ſignũ eẽt quod oſtenderet
ſol. At ille reſpondit eis. Non meminiſtis uocem dñi et Saluatoris ꝛ
nrĩ dicentis. Si habeatis fidem ſicut granũ ſinapis maiora hoꝝ ſig
na facietis. At illi cũ intellexiſſent eius fide ſolem ſtetiſſe timore mag
no perterriti ſunt. pluriniq; eoꝝ iunxerũt ſe eius diſcipulatui et ſequi eũ
ceperũt. Cum autẽ ingreſſus fuiſſet domũ illi' fratris pro quo feſti
nauerat et inueniſſet eum iam defunctũ. orõne facta accedit ad lectu
lũ. oſculatus eſt eum et ait. Quid magis deſiderii habes frater abire
et eẽ cum xpo. an permanere in carne. Tunc ille recuperato ſpiritu ꝛ
paululũ reſedit et ait ad eum. Quid me reuocas pater. melius eſt
enĩ michi abire et eẽ cum xpo. permanẽ autẽ in carne michi neceſſa
riũ non eſt. Cui dixit. Dormi ergo in pace fili et ora pro me. At ille
continuo reclinans ſe in lectulo obdormiuit. Hii autem qui aderãt
obſtupuerũt dicentes. Vere homo dei eſt hic. Tunc ille induit ado
leſcentẽ ut ſibi moris erat ſatis decore. et totã noctẽ pſalmis ymp
niſq; perducens. honeſte iuuenẽ tradidit ſepulture.

Aliũ autem fratrẽ cũ uiſitaſſet pater Mucius in lectulo recũ
bentẽ. Ubi uidit eũ quietem mortis difficulter accipe et gra
uiter conſcientie metu redargui ait ad eum. Cur imparatus es fili
ad profectionẽ. accuſatrix ut uideo ignauie tue tecũ pergit conſciencia.

Tunc ille exorabat eū dicens· Obſecro te pater intercede pro me
apud deum ut michi paruū tp̄is ſpaciū largiatur quo poſſim e
mendare uitam meam· At ille dixit ad eum· Nunc ſpaciū peni
tencie requiris ubi uite tempus impleſti? quid faciebas in omni
hoc uite tue tp̄e? non potuiſti uulnera tua curare· quinymmo et re
centiora ſemper addebas? At ille cū ꝑmaneret exorans· ait ad eum
ſenex· Si ultra non addas malis tuis mala orabimꝰ pro te deū· bonꝰ
eſt enī et paciens ut indulgeat tibi paruū aliquid tempis uite ut
om̄ia debita tua ꝑſoluas· Et cū poſt hec oraſſet deū ſurgens de orō
ne ait ad eū· Ecce tres annos tibi dn̄s conceſſit in hac uita· tantū
ut ex animo ad penitenciā conuertaris· et apprehenſa manu eius e
leuauit eū de lectulo· At ille ſurgens ſine aliqua dilacōe ſecutus eſt
eum in deſertū· Et ubi completi ſunt tres anni reuocauit eū ad lo
cū unde eum aſſumpſerat· iam nō quaſi hoīem ſed quaſi angelum
ex hoīe deo conſignans· ita ut omnes mirarent̾ de cōuerſacōe eius
Cumqꝫ cōueniſſent ad eū fratres plurimi ſtatuit eū in medio atqꝫ
ex ip̄o materiā ſumens per totā noctem doctrinā de fructibꝫ peni
tencie et conuerſacione ꝑduxit ad fratres· Ip̄o uero ſermonē faciente q̄ſi
dormitans frater ille paululū cepit et continuo in pace quieuit
Tunc facta orōne ſuper eum et omnibꝫ que ad ſepulturā ꝑtinēt ex
more completis ad heremū ꝓperanter abſceſſit· ¶ Frequenter aūt
et Nilum imanē huc fluuiū pedibꝫ tranſiuit· aquā uſqꝫ ad genua
habens· ¶ Alio tempe clauſis oſtiis fratribus q̄ in ſuperioribꝫ ſolarii
ſedentibꝫ ip̄e ingreſſus eſt ad eos· Et frequenter ad quecūqꝫ locum
uoluit q̄uis longe poſitū intra momentū tp̄is euectus eſt· Nam
primo adhuc tempe conuerſionis ſue cū eēt in heremo et ebdomadi
ieiunaſſet aiunt occurriſſe ei hominē in deſerto habentē panes et
aquam· qui et hortatus eſt eū ut ꝑciperet cibū qui de celo ei fuerat
deſtinatus· In alio quoqꝫ tempe demon aſſiſtens auri theſauros
plurimos quos pharaonis fuiſſe ꝑhibebat oſtendit ei ſub terra diuer
ſos· Cui reſpondiſſe fertur pater Mucius· Pecunia tua tecū ſit in
interitū· Hec ergo et his ſimilia plurima fecit per eū dominus·

Sed et alii nichilominus fuerunt ante nos multi patres quibus dignus
non fuit mundus, signa celestia et prodigia facientes. Quid ergo
miramini si nos parui homines parua faciamus cecos et claudos
curantes, quod et medici ex arte facere possunt? Et cum hec nobis se
nex Copres enarraret, unus ex fratribus nostris quasi incredulitate eo
rum que dicebantur tediare cepit et pre tedio dormitare. Cumque sop
no fuisset oppressus, uidit per uisum librum aureis litteris scriptum in
manibus senis Copretis ex quo narratio eius deduci uidebatur, et as
sistentem quendam clarissimi aspectus uirum canicie uenerandum cum com
minatione magna sibi dicentem: Cur non audis intente que recitan
tur, sed incredulus dormitas? At ille conturbatus euigilat et statim
nobis secretius latino sermone que uiderat enarrauit.

Inter hec autem uidimus rusticanum quendam accessisse ad ostium senis
habentem in manu uas harena plenum et expectantem donec senex
sermonem sue narrationis expleret. Nos ergo uidentes eum interrogaui
mus presbiterum quid sibi uellet rusticanus ille stans et harenam tenens
in uase. Et respondit ad nos senior dicens: Non quidem oportebat
me o filioli uobis hoc prodere ne uideamur in dei opere gloriari et
merces laboris nostri pereat. Tamen pro edificatione uestra et utilitate qui
tam longo itinere uenistis ad nos, non patiar etiam hoc abscondi
a uobis, sed enarrabo opera domini que dignatus est implere per nos.
Terra regionis huius que in uicino nobis posita colitur sterilis ual
de et infructuosa fuit, ita ut a colentibus si quando semina ex neces
sitate suscepit duplicata uix redderet. Uermes enim quidam nascebantur
in ipsis germinum culmis et ascendentem segetem succidebant. Erant
autem agricole loci illius gentiles. Hos nos cum docuissemus domino credere
et fidem Christi percipere, christiani iam facti uenerunt ad nos rogantes ut
oraremus dominum pro segetibus eorum. Et cum diceremus eis nos quidem
oraturos, sed fidem ipsorum requiri apud deum que hoc perpetrare mereatur,
illi ex harena hac que calcatur a nobis sinus suos replentes obtu
lerunt nobis rogantes ut in nomine domini benediceremus. Et ego aio
ad eos: Secundum fidem uestram fiat uobis. Tunc illi auferentes harenam

ſecū miſcuerūt ſeminib; que ſeminaturi erant. et ſparſerūt per agros
ſuos. et tantū fructū collegerūt q̄ntū nulla uſq̄ potuit Egypti terra
colligere. Ex eo ergo conſuetudo eſt eis bis per ſingulos annos ueni
re ad nos et eadem expetere a nobis. Sed et illud non celabo uobis
quod michi dn̄s ad honorē gloriam nominis ſui preſtitit. Deſcen
deram aliquando ad ciuitatē et īueni ibi uirū quendam doctorem
manicheoꝝ ſeducentē populos. Cum hoc habui conflictū ſermōis
ſed quia erat uerſutus nimis et cōcludē eum uerbis non poterā. uer
tus ne auditoꝝ turbe lederentur. ſi ille in uerbis quaſi ſup̄ior abſ
ceſſiſſet. audientib; turbis dixi. Accendite ignē plurimū in medio
platee et ambo intremus in flām̄as. ſi quis nr̄m non fuerit aduſt͡
huius uera fides ee̅ credatur. quod cū dixiſſem ualde placuit populo
et continuo ignis accenditur plurim⁹. tunc ego apprehendens eum
cepi mecū ꝑtrahere ad ignē. At ille non inquit ita. ſed unuſquiſq̄
nr̄m ſingulariter ingrediatur. primus tamē tu debes intrare q̄ hoc
ipſum ꝓpoſuiſti. Et ego in noīe xp̄i conſignans memetipm̄ medias
flām̄as ingreſſus ſum. Ignis uero huc illucq; diuidi ac diſpargi et ei⁹
fugē a me penitus cepit. ſteti in medio ignis dimidia fere hora et
in noīe dn̄i in nullo penitus leſus ſum. Videntes autē popli cū ingē
ti admiratiōe acclamauerūt et benedixerūt deū dicentes. Mirabilis
deus in ſanctis ſuis. Ceperūt etiam purgere manicheū ut intraret
in ignē. At ille reluctari cepit et ſubtrahē ſe. tunc comp̄hendentes
eum turbe īiecerūt in medio ignis. et ſtatim circūdans eū flāma
atq; aduſtus ſe īiuſtū reddidit. Et illū quidē cū dedecore ex urbe po
pulus eiecit clamans et dicens. Viuus ardeat ſeductor ille. me uero
aſſumentes ſecū et benedicentes dn̄m ad eccliam ꝑducunt.
Alio quoq; tempore dum tranſeo iuxta templū quoddā. uidi ibi ſac
rificare gētiles. et aio ad eos. Cur uos cū ſitis hoīes racōnabiles imo
latis mutis et inſenſibilib; ſimulachris. nonne eciā uos multo ma
gis ſine ſenſu eſtis q̄ illa quibus īmolatis. Ad hunc ſermonē dn̄s
aperuit eis intellectū et relinquentes errorē ſuū quem agebāt ſe
cuti ſunt me et crediderūt Saluatori dn̄o nr̄o. Fuit michi aliq̄n

ortulus monaſterio uicinus· in quo ꝓpter aduenientes fratres ole
ra coli uidebantur· Quidam autē gentilis ingreſſus eſt nocte et fu
ratus eſt olera· que cum ꝑtuliſſet ad domū ſuam igni appoſuit ut
coqueret· cūq; tribus horis continuis ingenti igne ſuggeſto neq;
feruere neq; emolliri aut caleſieri aliquatenus potuiſſent· ſed ꝑman
ſiſſent eadem uiriditate qua miſſa ſunt· et neq; aqua quidē ipā uel
leuiter caleſieri potuiſſet· in ſemetipm̄ regreſſus ille qui furatus eſt
erepta rurſus de foco olera reportat ad nos· et proſternens ſe ante pe
des nr̄os rogare cepit ut peccati ſui ueniā meretur et fieret xpianus· qđ
et impetrauit· Accidit autē eadem die hoſpites uenire ad nos pluri
mos fratrū quib; oportune olera ipā parata ſunt· Gracias ergo refe
rentes dnō pro mirabilibus ſuis· duplicē leticiā geſſim⁹ et pro ſalu
te homīs et pro beneficiis diuinis· ¶ Addebat autē hec adhuc· Ab
bas inquit Syrus aliquando et Yſaias et Paulus occurrerūt ſibi in
uicē ad ripam fluminis· Erant autē uiri iſti ſūme abſtinēcie ac to
cius religionis· Hij ꝑgebant uiſitare ſanctū quendam uirū nomīe
Anuſh· aberat autē monaſteriū ad quod ibant manſionib; tribus
Cū ergo uellent tranſire fluuiū nec eſſet copia tranſmeandi aiūt int̄
ſemetipōs· petamus a dnō graciā ut ne impediatur nobis boni opis
iter· Et conuiſi ad Abbatē Syrū· tu aiūt precipue pete a dnō· ſcim⁹
enī quia preſtabit tibi deus que petis· At ille cohortatus eciā ipōs
ſecū genua figere in orōne ꝓſtrauit ſe in faciē corā dnō· Et cū com
pleta orōne ſurrexiſſent· ecce uident appelli nauigiū ad ripā flumīs
paratū ad iter quod acturi erant expeditū· Hoc aſcendentes adū
ſus flumīs curſum ita uelociter ferri ceperūt ut intra horā unam
tocius itineris quod acturi per triduū erant conficerent ſpacium
Cūq; applicuiſſent ad terrā Yſaias ait· Dn̄s michi oſtendit uirū ad
quē ꝑperam⁹ occurrentē nobis· et uniuſcuiuſq; nrm̄ ſecreta cordis a
perientē· Sed et Paulus ait· Et michi dn̄s oſtendit q̄ poſt triduū
eū educat de hoc mundo· Cūq; ergo iter quod ducit ad monaſteri
ū de flumine incedere cepiſſent· ꝓgreſſiq; eēnt paululū occurrit eis
ſupradictus uir ad quem uiſitandū ꝑgebant· et ſalutās eos ait·

f. Copres

Benedictus dn̄s qui uos michi et nūc in corpe et ante iam oſtē
dit in ſpiritu. Et tunc cepit de uniuſcuiuſqȝ meritis et actib; eorū
memorari que habebant apud deū. Tunc Paulus ait. Quā et no
bis dn̄s oſtendit q̄ poſt triduū te de hoc mūdo aſſumat. petimꝰ a
te ut etiā de tuis nobis uirtutib; et actibus quibus dn̄o placuiſti enar
res nec uerearis iactantie notam. abſceſſurus es enī de hoc mūdo. ad
imitacōnem poſteris geſtoꝝ tuorū memoriā derelinque. Tunc ille ni
chil inquit magnū me feciſſe memini. Hoc tamē cuſtodiui. Ex quo
nomē Saluatoris nr̄i in pſecucōe confeſſus ſum. ne poſt confeſſionē
ueritatis mendaciū de ore meo procederet. neqȝ poſt amorē celeſtium
terrenū aliquid amarē. ſed nec gr̄a dn̄i in his defuit michi. Nūquā
enī me fecit aliquo egere terreno. omnē quem deſideraui cibū ange
lorū michi deferens miniſterio. nichil a me occultauit dn̄s eoꝝ que
gerentur in terris. nūq̄ defuit cordi meo lux eius. per quā ſuſcitatus
ſompnū corpis non requirebam. deſideriū ſemper habens uidendi eū
Sed et angelū ſuū aſſiſtē michi ſemper fecit edocentē me de ſingulis
quibusqȝ uirtutib; mūdi. lux mentis mee nūq̄ extincta eſt. Omne
quicqd peci a dn̄o ſine mora conſecutus ſum. Oſtendit michi frequē
ter multitudines angeloꝝ aſſiſtenciū ſibi. Vidi et cetus iuſtoꝝ. cōgre
gationes qȝ martyrū. monachoꝝ conuentus. omniūqȝ ſc̄oꝝ. contē
duntaxat quoꝝ opus non eſt aliud niſi laudare ſemper et benedicē
dn̄m in ſimplicitate cordis et fidei. Vidi econtrario Sathanam et ange
los eius eternis ignib; tradi. et rurſus iuſtos eterna leticia perfrui
Cūqȝ hec et alia multa his ſimilia per totū triduū narraſſet eis. tra
didit ſpiritū. Et continuo uident ipi ab angelis ſuſcipi eius animā
atqȝ ad celos ferri ita ut uocē ympnoꝝ audirent etiā ipi quib; una
cū angelis anima eius abſcedens dn̄m collaudabat

Fuit alius uir ſanctus Helenus noīe. Hic a puericia in ſeru
cio dn̄i cū omni continencia deſeruiuit. et caſtiſſimis inſtitu
cōib; enutritus ad ſūma merita puenerat. Denique cū adhuc puer
eēt in monaſterio. ſi neceſſarius fuiſſet ignis ut e uicinio peteret
ardentes prunas ueſtimento deferebat illeſo. quod admirātes om

qui aderant fratres ſtudiū animi uiteq; eius ac meriti imitari cu
piebant. Huic quodam tpe cū ſolus eēt in heremo. deſideriū ueſcen
di mellis exortū eſt. et conuerſus uidit in ſaxo fauū mellis inheren
tem. ſed intelligens inimici hanc eē fallaciā. continuo ſemetipm̄ in
crepans ait. Diſcede a me deceptrix et illecebroſa concupiſcencia. Scrip
tū eſt enī. Spiritu ambulate et concupiſcenciā carnis ne pfeceritis. Et
ſtatim derelinquens eciā ipm̄ locū diſceſſit et abijt in deſertū. atq; ibi
tanq̄ pro carnis concupiſcencia punienda ieiunijs ſemetipm̄ cepit
affligere. Tercia autē ſeptimana ieiunij ſui uidit in deſerto iacere di
uerſa poma diſperſa. et intelligens dolos īimici ait. Non manducabo
neq; contingam ne fratrē meū hoc eſt aīam meā ſcandalizem. ſcrip
tū eſt enī non in ſolo cibo uiuit homo ſed in omni uerbo dei. Cumq;
et ſequēti ſeptimana ieiunaret paululū in ſompnū deductus eſt et an
gelus dnī aſtitit ei per uiſum dicens Surge iam et que īueneris tibi
apposita nichil dubitans ueſcere. Exurgens autē uidit aque fontē leni
bus repletū fluentis. eiuſq; ripas in circuitu herbis quibuſdam tene
ris odoratiſq; precinctas. Et accedens decerpe cepit et edere. ſimilit̄ et ex
fonte poculū ſumē. Confirmabat autē ſe nūq̄ in omni uita ſua tā
te dulcedinis aliquid et tante ſuauitatis hauſiſſe. Inuenit autē in
ipo loco eciam ſpeluncam quandam intra quā aliquā diu requieuit
Et cū reficiendi corpuſculi tempus et neceſſitas affuiſſet. per dei mi
ſeracionis gratiam nichil deerat eoꝝ que poſcebat a dnō. Quodā
uero tempe pergebat ad uiſitandos fratres īcomodos. quibꝫ eciam
que neceſſaria erant ad refectionē corpis deferebat. Et cū in itinere
eoꝝ que portabat onere grauaretur. uidit eminꝰ onagros tranſi
re per deſertū. et exclamauit dicens In nomine dnī nrī IHV xp̄i ue
niat huc unꝰ ex uobis et ſuſcipiat ſarcinā meam. et ecce unus ex
omni grege tota cū manſuetudine ꝑgit ad eum. Tunc ille p̄benti
ſe ſponte et onus imponit et ille inſedit. et cū omni uelocitate ab
eo ad cellulas fratrū quo pergebat euectus eſt. Alio rurſus
tpe dnīca die uenit ad quoddam monaſteriū fratrū et cū uidiſ
ſet eos non plenā agentes ſollempnitatē diei. cauſam requirit.

Cum autē dixiſſent ei pro eo q̄ pb̄r non adeēt. quia trans flumē
maneret. ꝓpter metū enī Corcodrilli tranſire nullus audebat. Tūc
ille dixit eis. Si uultis ego uadam et adducā eum ad uos. Et cō
tinuo ad ripam fluminis ꝑgit. ubi cū nomē dn̄i īuocaſſet. preſto
fuit belua. et que ſolebat adeē ad ꝑniciē hominū. affuit tūc ad
uehiculū iuſti. tergo q; ſuo ſuſcipiens eum cū omni metu ſubiectu
uſq; ad partē ripe ulterioris euexit. Adiit continuo Heletus ad preſ
biterū et exorare eū cepit ut ueniret ad fratres. Erat enī indutus
uiliſſimo et abiectiſſimo indumento. Super quo miratus pſbiter
quis aut unde eēt uel quid ſibi uellet inquirit. Ubi uero cognouit
eē hominē dei ſequi eū cepit ad flumē. et cū cauſaret non īueni
ri nauigiū quo tranſire poſſet. Tunc. Abbas Heletus dixit ad ei
Nichil uexaris pater. ego iam nūc parabo uehiculū. Et exclamās
uoce magna adeē beſtiam iubet. Que ſtatī uoce eius audita affu
it. ac dorſum ſuū ad uehendū placide ꝑparauit. Prior ipē conſcen
dit. īuitat et pb̄rm dicens. Aſcende nichil formidans. At ille uiſu
belue exterritus retro cedē ac refugē magis cepit. Omnes autē qui
aderant ſtupor ingens et metus apprehendit. uidentes hominē dei
Corcodrillo euectū fluminis alueū tranſmeare. Qui ubi deſcendit ſe
cū pariter in ſiccū etiā adducit beluā. dicens ad eam. Melior eſt
tibi mors q̄ tot ſcelerū et tot homicidiorum īuolui reatu. At illa ſtatī
corruens expirauit. Interea per triduū in monaſterio ꝑmanēs ſcs̄
Heletus docebat fratres ſpiritalē doctrinā. ita ut etiā nōnullorū co
gitationes cordis et ſecreta conſilia ꝓferret in mediū. et aliū quidē
ꝓderet ſpiritu fornicatōis urgeri. aliū ſpiritu iracundie. aliū uero
cupiditate pecunie. nōnullos etiā iactancie ac ſuꝑbie ſpū illidi.
Alterius uero manſuetudini. alterius iuſticie. alterius etiā pacien
cie teſtimoniū dabat. Et ſic utraq; ex parte aliorum uicia aliorum ea
rum uirtutes animi exaggerans. et omnes eos profectus mirabi
liter excolebat. Agnoſcentes uero ſinguli quiq; ita agi intra ſem
tipſos ut ille ānuntiauerat. corde cōpuncti emendabant. Peracto
autē in ſancta edificatiōe triduo. ꝓfecturus ait ad eos. Parate

olera ad aduentũ fratrũ. Et illis ꝑparantib; continuo ſupuenerunt
fratres. quib; honorifice ſuſceptis ipẽ contendit ad heremũ. Roga
bat autẽ eum quidã de fratrib; ut ꝑmitteret eũ ſecũ ꝑgere ad heremũ
Cũq; reſpondiſſet ei graue eẽ negociũ et plimũ laboris obſiſtẽ temp
tacõibus demonũ. eo contenciosius iuuenis ꝑſiſtebat ꝑmittens ſe
cuncta tolleraturũ tantũ ut preberet ei copiam conſorcij ſui. Et
cũ ꝑmiſiſſet ſecutus eſt eũ ad heremũ. Quẽ ille in ſpelunca ſibi ui
cina habitare iubet. Tunc demones aduolantes per noctẽ primũ
ſedis et turpib; eum cogitacõib; exagitant. poſt hec uero eciam
uiolenter irruere et necare aggrediũtur. Effugiens autẽ iuuenis
et puolans ad cellulã ſancti helem. quib; malis urgeretur exponit.
Tunc ſenior conſolatus eſt eũ paucis uerbis. et de uirtute fidei ac
paciẽcie cõmonens ſtatim reuocat ad ſpeluncã de qua effugerat. et
tanq̃ ſulcũ quendã per harenã extra cellulã iuuenis digito ſuo du
cens precepit in nomĩe dñi ne audeant demones ſtatutũ tranſgre
di limitẽ. et ita uerbi eius uirtute adoleſcens ꝑmanſit de reliquo
ſecurus. ¶ Ferebatur de eo q̃ et ipẽ adoleſcens in heremo poſitus
celeſtes ſepe ꝑcepiſſet cibos. et fratrib; ad ſe uenientib; cũ nichil habu
iſſet quod apponeret affuiſſe quendã adoleſcentẽ panes ei et que erãt
neceſſaria deferentem. eaq; cũ ante ſpeluncã eius depoſuiſſet ultra nuſ
q̃ cõparuiſſe. dixiſſe uero ad eũ fratres. Benedicamus dño qui ꝑpa
rauit nobis mẽſam in deſerto. ¶ Hec et alia plurima de ſanctoꝝ pa
trũ uita et cõuerſacionib; enarrans nobis pater Copres. et cũ om
ni affectu inſtruens. poſt edificacionẽ ſermonũ introducit nos in
ortulũ ſuũ oſtendens nobis arbores palmarũ aliorũq; pomoꝝ quas
ipẽ plantauerat et dicebat. Hec me in heremo plantare ruſticanoꝝ
fides admonuit. Vt enĩ uidi eos tantã fidem habere ut harenam
ſub nr̃is ueſtigijs colligentes per agros ſuos ſpargerent ac terram
ſterilem ad tocius fecunditatis uerterẽt ubertatem. pudor michi eſt ſi
nos inferiores his inueniamur in fide quoꝝ fides per nos conſignata ẽ deo.

Vidimus et aliũ ſenẽ uenerabilem Helyam nomĩe in finibus
ciuitatis Anthinuo que eſt metropolis Thebaidis. certũ fere

iam et decē ut dicebat annoꝝ · ſuper quē dicebant quia uē ſpūs
Helie requieuiſſet · Multa uero de eo et magnifica referebantur ·
Septuaginta nāq; annos in ſolitudine uaſtiſſima eū tranſegiſſe
phibebant · cuiꝰ deſerti horrorē terrorēq; nullus ſermo digne potīt
exponē · Illic ergo ſedebat ſenior tota hac etate · humane habitacō
nis neſciens loca · ſemita autē erat anguſta et ſcrupea que ad eū
ducebat que uix īueniri a cōmeantibꝫ poſſet · Locus uero ipē ī quo
ſedebat · ſpelunca erat terribilis quedaꝫ et intuētibꝫ plurimū hor
roris incuciens · Ipē autē trementibꝫ iam mēbris pre matura qua
tiebatur etate · incesſabiliter tamē per dies ſingulos ſigna faciebāt
et aduenientes ad ſe quacūq; incōmoditate conſtrictos omīmodis
reſoluebat · Cuncti uero patres confirmabant ꝙ nullus om̄o mēi
niſſet quando hic ſeceſſiſſet ad heremū · Cibus ei erat panis exig
us et pauciſſime oliue uſq; ad ultimā ſenectutē · nā in iuuentute
ſeptimanā integrā frequent' ieiunaſſe phibebatur ·
Iterum redeuntes ex Thebaida · uidimus montē quendā preruptū flu
uio īminentē elacōe minacis ſaxi · eciā aſpectu ipō terribilē · in quo
erant per ipā precipicia ſpelunce difficiles aſcenſiū · In his monacho
rū plimi cōmanebant · quorū pater erat nomine Pytirion · Hic ex
diſcipulis beati · Anthonii fuit · et poſt illius obitū cum ſancto habi
tauerat · Ammone · Poſt huiꝰ quoq; abſceſſum in hoc ſe conſtituerat
monte · Sed et tanta in eo erat uirtutū copia tanta gracia ſanitatū
ut poteſtas adūſus demones · ut duoꝝ merita ſūmorū uiroꝝ ſolus
in hereditatē conſecutus duplicē uideretur · Hic ergo nos multis mo
nitis edificans · multaq; doctrina inſtruēs · precipue tamē de diſcrecōe
ſpirituū nos docebat · dicens eē quoſdam demones qui certis quibus
dā uiciis obſequūt' · qui cū affectibus animi paſſibiliter et uicioſe quoſ
dā uiderint moueri conuītunt eos ad omne facinus malū · Si quis
ergo eſt qui uult demonibꝫ dominari · prius uiciis ſuis et paſſionibꝫ
dñetur · Quodcūq; enī uiciū ꝓprie paſſionis abiecerit · huiꝰ uicii demō
nem potis eciam de obſeſſis corpibꝫ effugare · Et ideo conandū eſt pau
latim ſupare ꝓpria uicia ut poſſimꝰ eciam demones ſupare qui hmōi

uiciis obsequitur. Hic secundo reficiebatur in septimana pulticulas
accipiens ex farina. nec poterat iam accipe aliā escā. neq3 etate neq3
consuetudine pmittente. Vidimus et aliū sanctū patrē Eulogi
um nomīe qui in offerendis sacramentis tantū gracie acceperat a
dño ut uniuscuiusq3 accedenciū ad altare merita culpas q3 cognoscēt.
Denq3 ex monachis quosdam uolentes accedere ad cōionem retine
bat dicens. Quomodo ausi estis accedē ad sacramēta diuina. cū mēs
urā et ppositū sit in malo. Denq3 aiebat. Tu hac nocte habuisti cogi
taciones fornicandi. tu uero dixisti in corde tuo. nichil intēst siue i
iustus ad sacramenta siue pccōr accedat. et alius dubitacōez habuit
in corde suo dicens. quid enī me sanctificare cōmunio pt. Hos ergo
singulos remouebat a cōione sacramenti et dicebat eis. Secedite pav
lulū et agite penitenciā ut purificati per satisfactionē et lacrimas
digni habeamini cōmunione xpi.

Vidimus et aliū pbrm in uicina regione nomine Appellen i
uirū iustū. Hic faber erat ferri. et que necessaria erāt fribȝ
opabatur. Quodam autē tempe cū ad fabrilia opa uigilaret in si
lencio noctis. conuersus diabolus in formā mulieris speciose uenit
ad eum tamq̄ aliquid ei opis deferens. Tunc ille arreptū manu nu
da de fornace ferrū candens in faciē eius īiecit. At ille clamans et
eiulans aufugit. ita ut omnes fratres qui in circuitu [com]manebant eiu
latum eius fugientis audirent. Et ex eo iam uir ille in usu habuit i
ferrū candens manu nuda tenē nec ledi. Ad hunc ergo cū uenisse
mus et humanissime nos suscepisset. poscebamus ab eo. ut nobis
uel de suis gestis uel de eoꝝ quos precipuos in conuersacōe scā sciret
uirtutibȝ loquēretur. Tunc ille. Est inquit in hac heremo uicina fr̄
quidam nomine Iohannes. etate puectus. uita et moribȝ atq3 absti
nencia cunctos pcellens. Hic primū cū secessisset ad heremū tribȝ
continuis annis sub cuiusdā saxi rupe stans semper orauit. ita ut
nūq̄ oīno resederit neq3 iacuerit. sompni autē tantū ceperit q̄ntū
stans cape poterat. cibū uero nūq̄ sumpserit nisi die dnica. pbr
enī tunc ueniebat ad eum et offerebat pro eo sacrificiū. idq3 ei so

lũ et ſacramentũ erat et uictus. Huic quadam die Sathanas ſubri
pe uolens. transfiguravit ſe in pbřm qui venire ad eũ ſolebat et pre
veniens horã ſolitam. ſimulabat ſe ſacramentoꝝ gracia veniſſe.
At ille vigilanter intelligens fraudem. cũ indignacione quadã ita
ait ad eum. O omnis doli omniſq; fraudis pater. inimice omnis iuſ
ticie non deſinis ſeducendo animas xpianas. ſed auſus es eciã ad ip
ſa te inmergẽ terrifica et ſacroſancta miſteria. At ille respondit ei.
Putavi inqt q possim te lucrifacere. ſic eũ et aliũ quendã ex viris
decepi. ita ut mente excederet et pderet ſenſum. quẽ cum crederẽt
michi inſanũ reddidiſſem. tot iuſti orantes pro eo vix eũ et loco et
ſanitati reſtituẽ potuerũt. Hec cũ dixiſſet demon aufugit ab eo
Erat autẽ ſupradictus vir pſiſtens in ope cepto atq; in oraciõe p
durans. pedes vero eius ex eo q multo tempe inmobiles fuerant
diſrũpebantur ita ut ſanies ex eis pflueret. Tres autẽ cũ comple
rentur anni affuit angelus dñi et ait ad eũ. Dñs IHS xps et ſpi
ritus ſanctus ſuſceptis orõibus tuis. et corporis cicatrices ſanat. ce
leſtis cibi id eſt verbi et ſciencie ſue tibi habundanciã donat. et cõ
tingens os eius et pedes. et ab ulceribꝫ eũ ſanũ reddidit. et repletũ
ſciencie ac doctrine gracia. famẽ cibi ſentire non fecit. Iubet autẽ
tranſire eũ ad alia loca et heremũ circuire. viſitare eciã alios fra
tres et edificare eos in verbo et doctrina dñi. Dñica tamẽ die ad
eundem ſemper revertebatur locũ ſimili mõ ſacramentoꝝ gracia
reliquis vero diebꝫ eciã opus manuũ faciebat. et opabatur iumen
torũ cingula ex palmaꝝ foliis texens ut in illis locis haberi mo
ris eſt. Quodam vero tempe claudus aliquis ire ad ipm voluit
ut ab ipo curaretur. contigit autẽ ut animal quod ſeſſurus erat
cingulũ manibꝫ hoĩs dei factũ haberet. cũ ergo inponẽt ſupra
iumentũ. ſtatĩ ut contigerũt pedes eius illud cingulũ ſanus ef
fectus eſt. Sed et quibuſcũq; egris benedictũ panem miſit. ſtatĩ
ut ab eo perceperũt ſanati ſunt. Et alias multas virtutes et ſani
tates per eum dñs impleuit. Habuit autẽ et hanc graciã ſuper
omnes pene patres et ceteros homines ut vniuſcuiuſq; fratrũ

de uicinis monaſterijs cõuerſatio ei reuelaret. ita ut ſcriberet ad pa
tres eorum et cõmoneret quod illi et illi ſegniter agunt nec rectũ in timore
dei poſitũ gerunt. illi uero et illi in fide et animi uirtute pficiunt. Sed
et ad ipſos fratres ſcribebat. alijs quidẽ quod multũ tedioſi eẽnt erga fra
tres et puſillo animo erga penitenciã. alijs uero quod bene conſtanter et ſol
licite agerent et ſufficienter conſolarentur fratres. et quid huic me
riti pro uirtutibus quid uero illi correctionis immineret a dño pro igna
uia predicabat. Et ita eorũ qui abſentes erant actus et cauſas et
merita et negligencias deſcribebat. ut audientes hi de quibus dicebat
conſciã conuicti negare non poſſent. Docebat autẽ omnes ut a uiſi
bilibus rebus et corporeis animos ad inuiſibilia et incorporea transferrent
Tempus enĩ eſt inquit ut ab huiuſmodi ſtudijs transeamus neque enĩ
ſemper pueri et ſemper infantes eẽ debemus. ſed aliquando iã ad ſpi
ritalia et altiora conſcendere et uirorũ ſenſus capere atque ad pfectiorẽ
ſubire intelligentiã ut poſſimus uirtutibus animi eniteſcere. Sed et mul
ta alia de hoc uiro ſanctus homo dei Appelles narracione nobis fide
liſſima cõmendauit. que cuncta conſcribere et prolixũ uidetur et pro
magnitudine ſui nõnullis fortaſſe audientiũ uix credibile

Vidimus et monaſteriũ ſancti Pafnucij hominis dei. qui no — De paſnucio Xº hiſt
minatiſſimus in illis locis erat Anachoritis et ultimi habi
tator deſerti in regionibus Eracleos ſplendide apud Thebaidos urbis. De
hoc ergo fideliſſima patrũ narracione cõperimus. quod cũ fuiſſet uite an
gelice quodam tempore orauerit deũ ut ſibi oſtenderet cui ſanctorum ſimilis
haberetur. Aſſiſtens uero angelus dñi reſpondit ei quod ſimilis eẽt ſym
phoniaco cuidam qui in uico illo cantandi arte uictũ quereret. Tunc
ille obſtupefactus nouitate reſponſi. cũ omni properacõe pergens ad ui
cũ pquirit hominẽ. Et cũ inueniſſet ſtudioſiſſime percunctatur ab eo
quid nã ſancti et religioſi operis geſtũ ſit ei. omneſque actus eius curi
oſius diſcutit. At ille reſpondit quod res erat ſe eẽ indigniſſime uite ho
minẽ peccatorem atque ante non multũ tempus ex latrone ad iſtud quod
nunc exercere uideretur fedũ artificiũ deuolutũ. Pafnucius eo magis in
ſtabat. requirens ſiquid ei forte uel inter latrocinia pii operis fuiſſet

admiſſum· Nichil inquit conſcius michi ſum boni· Hoc tamē ſcio· qđ
cū inter latrones eēm· capta eſt aliquando a nobis uirgo deo conſecra
ta· Cuius cū ceteri collegę mei latrones cuperent eripe pudorē· obieci me
in mediū et eripui eam de contaminacōe latronū· et nocte deducens
eam uſqȝ ad uicū domui ſue reſtitui intactam· Alio quoqȝ tempe īue
ni mulierē honeſte forme in heremo oberrantē· Et cū hec interroga
retur a me vnde uel cur aut quō in hec loca aduenisset· reſpondit·
nichil me interroges infeliciſſimā mulierē· nec cauſas requiras· ſed ſi an
cillā placet tibi habere abducito quo uis· michi enī infelici eſt mari
qui debiti fiſcalis gracia ſepe ſuſpenſus et flagellatus· ac penis omni
cruciatus ſeruatur in carcere· nec aliā ob cauſam pducit̄ niſi ut tor
menta paciatur· tres autē nobis filii fuerūt qui iam pro eiuſdē deb
neceſſitate diſtracti ſunt· ego quoqȝ miſerrima que ad ſimiles pen
requiror de loco ad locū fugitans inedia miſeriaqȝ confecta per he
mū latitans oberro loca triduū hoc iam ſine cibo ducens· Ego ubi hec
audiui miſeratus adduxi eam ad ſpeluncā et reficiens animā eius
fame collapſam dedi eciā trecentos ei ſolidos pro quibꝫ ſe ac maritū
et filios non ſolū ſeruituti ſed et ſuppliciis aſſerebat obnoxios· Et reuo
cata ea ad ciuitatē omnes eos data pecunia liberaui· Tunc pr̄ Paſnu
cius· Ego inquit nichil tale feci· tamē credo eciā ad te puenisse· q̄ ce
lebre Paſnucii nomen inter monachos habeatur· fuit enī michi nō
mediocris ſtudii ut uitam meā in huiuſmodi excolerē diſciplinis· Deus
igitur michi de te reuelauit quia nichil minꝰ apud ipm̄ meriti ha
beas q̄ ego· Quia ergo frater uides te non minimū locū habē apud
deū non negligas animā tuam· At ille ſtatim fiſtulas quas manu
gerebat abiciens ſecutus eſt eū ad heremū· et artē muſicā in ſpirita
lem cōmutans uite mentis q̄ armoniam· per integrū triennium ar
tiſſime ſe tradidit abſtinencie· in pſalmis et oracōnibꝫ ſemetipm̄ die
noctuqȝ exercens· atqȝ iter celeſte animi uirtutibꝫ agens inter ſcōꝝ
angeloꝝ choros reddidit ſpiritū· Poſtea q̄ Paſnucius predictū
ſymphoniacū omni exercicio uirtutū conſūmato pmiſit ad dnm̄
Ipſe acrioribꝫ ſemetipm̄ ſtudiis q̄ prius exercuerat agens· iterꝝ diu

ſupplicabat ut ſibi oſtenderet quis ei ſimilis eēt ſuper terrā. Fit ergo
iterū ad eum uox dn̄i dicens. Similē te eē noſtre Primario uici illius
qui eſt in proximo. Quib9 auditis Paſnucius ſine mora ad eū ꝑpe
rans pulſat ad oſtiū domus eius. Ille uero cui moris erat ſuſcipere
hoſpites occurrit ei. atq; introduxit eū in domū. lauans pedes quoq;
eius appoſuit menſam. egitq; cōuiuiū. Inter epulas uero percunctari
Paſnucius cepit ab hoſpite. qui actus ei. quod ſtudiū. cuius q; opis
haberet exercicia. Ille uero cū de ſe humilia reſponderet et latere ī bo
nis q̄ publicare mallet. urgebat Paſnucius dicens reuelatū ſibi eē
a dn̄o q; dignus eēt conſorciis monachoꝝ. At ille eo magis humili
ora de ſemetip̄o ſenciens aiebat. Ego q̇dem in nullo michi ſum boni
alicui9 conſcius. uerū quia uerbū dei factū eſt ad te. ei quē nichil la
tet celare non poſſum. Hec ergo que michi in medio multorū poſi
to in uſu ſunt loquar. Triginta iam completi ſunt anni q; contine
cie conſenſū habere cū cōiuge mea nullus agnouit. Suſcepi autem
ex ea tres filios. horū enī cauſa ſolūmodo cognita michi uxor eſt.
nec preter eam alia. nec ip̄a ultra iam cognita. Suſcipere hoſpites
nūq̄ ceſſaui ita ut neminē ante me paterer aduenienti occurrere
peregrino. Non dimiſi unq̄ de domo mea hoſpitē ſine uiatico. pau
perē nullū deſpexi. ſed que neceſſaria fuerūt illi prebui. Si in iudicio
ſedi nec filii mei ꝑſonā contra iuſticiam accepi. Alienī laboris fruct9
nūq̄ introierunt in domū meam. Litem ſi uidi nūq̄ preterii do
nec reconciliarē diſſidentes ad pacem. Nemo unq̄ deprehendit me
in culpa nec famulos meos. Nūq̄ greges mei leſerūt fruges alienas.
Volentē ſeminare in rure meo nōq̄ ꝓhibui. nec uberiora noualia
michi elegi et illi ſteriliora dereliqui. Quantū in me fuit nūq̄ ꝑmi
ſi ut potencior infirmū premeret. Semper ſtudui in uita mea ut ne
minē contriſtarē. Iudicii ſi fui caput neminē condempnaui ſed diſ
ſidentes reuocare in concordiam ſtudui. Hec interim michi uite in
ſtitucio deo donante hactenus fuit. Audiens autem hec beatus Paſ
nucius caput eius exoſculatus benedixit eū dicens. Benedicat te
dn̄s ex Syon et uideas que bona ſunt in Ih̄rlm. Quia ergo bene

hec et cōuenienter impleſti illud tibi deeſt quod bonoꝝ omniū ſūmū
eſt ut omittens cuncta ipſā ueram ſequaris dei ſapienciā et ſecrecioris
ſciencie inquiras theſauros. ad quos non aliter poteris ꝑuenire niſi
abneges temetipſm̄ et tollas crucē tuam et ſequaris xp̄m. At ille cū
audiſſet hec. nichil moratus nec ōino aliquid in domo ſua ordinans
ſecutus eſt uirū dei ꝑgens cū ip̄o ad deſertū. Cumqȝ ueniſſent ad
flumē nuſq̄ ad tranſmeandū repto nauigio Paſnucius precepit in
trare ſecū pedibus fluuiū. cuius in illis locis ꝓfunda habebatur alti
tudo. Tranſierūt ergo pariter fluuiū ita ut aqua eis uix ad latera
ꝑueniret. Ubi uero uenerūt ad deſertū collocauit hominē Paſnucius
in cellula quadam haud procul a ſuo monaſterio poſita. et cōuerſacio
nis ſpiritalis ordinem tradidit. ꝑfectoꝝ qȝ ſtudiorū exercicia edocuit
ſciencie quoqȝ ſecreciora tradidit. Cumqȝ eū in omnib; inſtruxiſſet ſe
metipſm̄ denuo maiorib; exercicijs dedit. exiguos priores deputans
labores quibus conferri potuerit is qui uidebatur ſeculi actib; occu
patus. Tempore aliquanto in his tranſacto et ad ſciencie ꝑfectionē
ꝑducto eo quē perfectū iam in opib; aſſumpſerat. quadam die Paſ
nucius ſedens in cellula ſua uidit animā eius inter angeloꝝ cho
ros aſſumptam dicenciū. beatus quē elegiſti et aſſumpſiſti habita
bit in tabernaculis tuis. Et cū hec audiſſet agnouit aſſumptū eſſe
ex hoc mūdo uirū. ¶ Tunc uero Paſnucius ꝑſiſtebat in ieiunijs et
orōnibus ſemetipſm̄ ad maiora et ꝑfectiora extendens. et rurſus
orabat dn̄m ut ſibi oſtenderet cui ſimilis habetur int̄ homines
ſus ei uox diuina reſpondit dicens. Similis es negocianti ei quē
uideris ad te uenientē. ſed exurge uelociter et occurre ei. adeſt enim
uir cui ſimilē te iudicaui. Et Paſnucius ſine mora deſcendens
occurrit cuidam negociatori alexandrino uiginti milib; ſolido
mercimonia tribus nauib; deferenti ex Thebaide. Et quoniā erat
religioſus et bonoꝝ operū ſtudiū gerens. decem leguminib; plenos
ſaccos pueris ſuis impoſitos ad monaſteriū hominis dei deferebat
et hec ei cauſa adeundi Paſnuciū fuit. At ille continuo ut eum
uidit. quid agis inquit o precioſiſſima et deo digna aīa. Qui

tibi cũ terrenis est labor cui sors et societas cũ celestib; data est.
relinque hec illis qui de terra sunt et de terra cogitant. tu autem
regni dei ad quod uocatus es negociator efficere. et sequere Salua
torẽ a quo paulo post assumendus es. At ille nichil differens p̃ce
pit pueris suis ut omĩa que supeẽrent. multa eñ iam ip̃e per se ali
is distribuerat. paupib; erogarent. Ip̃e uero sanctũ sequens Pafnu
ciũ ad desertũ. in eodem ab eo constitutus est loco ex quo et priões
ad dñm fuerant assumpti. Qui similiter ab eo de omnib; instruct9
in exercitiis spiritalib; et diuine sapiencie studiis pmanebat. Bre
ui autẽ tempore consũmato etiam hic translatus est ad congrega
tiones iustorũ. Et non multũ post cũ etiam ip̃e Pafnucius in ip
sis sũme abstinencie exercitiis et laborib; uitã ponit. astitit ei an
gelus dñi dicens ad eũ. Veni iam benedicte et ingredere ea que
tibi debentur eterna tabernacula. ecce eñ mecũ assunt pphete qui
te in suũ suscipient chorũ. Hoc autẽ prius tibi idcirco non reuela
ui. ne forte elatus dampnũ aliquod laboris tui incurrẽs. Et unam
cipe dū cibū ſpiritalem acceperūt. Veſpe autē facto inuenit ſenior
ollam plenā ſicut parata fuerat et contriſtatus dixit. Heu q̄mō
obliti ſumꝰ reficere pulmento iſto.

Refierbat nobis Abbas Zenon. quia aliquando dū ꝓficiſ
ceretur ad Paleſtinā. fatigatus de labore itineris reſedit ſub
arbore. Erat autē in proximo ager plenus cucumeribꝫ. Cogitabat
autē in corde ſuo ut ſurgeret et tolleret ſibi ad refectionē de ipſis
cucumeribꝫ. nichil enī inquit grande eſt quod habeo tollere. Reſpō
dens ipē ſibi et cogitacōibus ſuis ait. Quia fures p̄cipientibꝫ iu
dicibꝫ in tormenta mittūtur. oportet ergo ſcire et meipm̄ probare
debeo ſi poſſum ſuſtinere tormenta que latrones paciūtur. Exur
gens autem eadem hora ſtetit in eſtu quinqꝫ dies. frixitqꝫ corpus
ſuū et dixit cogitacōibꝫ ſuis. quia non poſſum ſuſtinē tormenta
et ideo oportet me furtū non facere ſed magis exercē ſcdm̄ cōſue
tudinē opa manuū et de laboribꝫ meis reficere. ſicut ſcriptura ſcā
dicit in pſalmis. Labores manuū tuarū manducabis beatus es et
bene tibi erit. quod certe cotidie in conſpectu dnī pſallimus.

Diſcipulus cuiuſdam ſancti ſenioris impugnabatur ab ſpiritu
fornicacōis. ſed auxiliante grā dnī reſiſtebat uiriliter peſſimis et in
mūdis cogitacōibꝫ cordis ſui. ieiuniis qꝫ et orōnibꝫ et opere manuū
affligebat ſe uehementer. Beatus autē ſenior uidens eū ita laborā
tem dixit ei. Si uis o fili deprecor dnm̄ ut auferat a te iſtā impug
nacionē. Ille uero reſpondens dixit ei. Video pater quia et laborem
ſuſtineo. ſencio tamē fructū in me bonū proficē. quia per occaſionē
impugnacōis huius et amplius ieiuno et amplius ī uigiliis et
orōnibꝫ tollero. verūptamē deprecor te ut exores pro me miſericor
diam dnī ut det michi uirtutē quatinꝰ poſſim ſuſtinere et certare
legitime. Tunc ſanctus ſenior dixit ei. Ecce nūc cognoui fili qui
a fideliter intelligis hoc ſpiritale certamen. quod per pacienciam

ad ſalutē eternā anime tue proficiat. Ita enī et ſanctus. Apl's di-
cit. Certamen bonū certaui curſū conſūmaui. fidem ſeruaui de
cetero repoſita eſt michi corona iuſticie. non ſolū autē michi ſed
et omnib9 qui diligunt aduentū domini ¶ Et alius eciam fra-
ter uehementer impugnabatur ab īmundo ſpiritu fornicacionis
Exurgens autē noctu abiit ad quendam ſanctū et probatū ī uir-
tutibus ſeniorē. et confeſſus eſt ei quā paciebatur impugnacionē
ab ſpiritu fornicacionis. Hec cū audiſſet ſenior conſolabatur eum
docens ſpiritalib9 verbis de uirtute paciencie dicens ſicut ſcriptū
eſt Viriliter agite et confortetur cor urm̄ omnes qui ſperatis in
dnō. Reuerſus qȝ eſt frater ad cellulā ſuam. et ecce iterū impugna-
cio inſiſtebat ei Ipē autē feſtinauit denuo pergere ad ſupdictū
ſeniorē. Videns autem eū ſenior iterū docebat eum ut pacienter
et indefeſſe ſuſtineret. dicebatqȝ ei. Crede fili qm̄ mittet tibi dn̄s
JHS xp̄s auxiliū de celo ſancto ſuo ut poſſis ſuperare paſſionē
hanc. Confortatus autē frater monente ſancto ſeniore. remeauit
ad cellulam ſuam. et iterū impugnacio ualde conturbabat cor
eius. et ſtatim eadem hora reuerſus eſt ad ſeniorē et deprecabatur
eum ut intencius pro eo dnm̄ exoraret. Dixitqȝ ei ſenior. ne per-
timeſcas fili neqȝ reſoluaris neqȝ abſcondas cogitaciones tuas. Ita
enī confuſus ſpiritus īmundus diſcedet a te. nichil enī ita allidit
uirtutem demonū. quomō ſi quis ſecreta īmundarū cogitacionū
reuelauerit ſanctis ac btīſſimis patrib9 Viriliter age fili et confor-
tetur cor tuū et expecta dnm̄ Vbi enī durior eſt pugna ibi glori-
oſior erit et corona. Deniqȝ ſanctus pp̄ha ita dicit yſaias. Nūqd
īualida eſt manus dnī ad ſaluandum aut aggrauata eſt auris
eius ut non exaudiat. Conſidera ergo filiole quia certamē tuū
expectat dn̄s. tibi qȝ contra diabolū dimicanti parat eternitatis
coronā Ideo monet nos ſancta ſcriptura dicens. quia per mul-
tas tribulaciōnes oportet nos introire in regnū celorū. Hec
autē audiens frater confirmatū eſt cor eius in dnō et pmāſit
apud ſeniorē. noluitqȝ ultra reuerti ad cellulam ſuam.

¶ Beato Abbati Moysi qui habitabat in loco qui appellat^r petra
quodā tempe in tantū imposuit durissimā impugnacionē fornica
cionis demon ut non ꝑualeret sedere in cellula sua. sed abijt ad scm
Abbatē Isidorū et retulit ei uiolenciā impugnacōis sue. Cumq3 de
scripturis sanctis Abbas Isidor9 proferens testimonia consolaret^r
eum et ut ad cellulā suam reuerteret^r rogaret. noluit Abbas Moy
ses pgere ad cellulā suam. Tunc Abbas Isidorus pariter cū Moyse
Abbate ascendit in supiora cellule sue et dixit ei Isidorus. respice ad
occidentē et uide. Cumq3 respiceret uidit multitudines demonū uehe
menter cū furore pturbari et quasi ad preliū ꝑparatos festinantesq3
pugnare. Dixit autē ei Abbas Isidorus. respice iterū ad orientem et
uide. Cūq3 respiceret uidit innumerabilē multitudinē sanctoꝝ ange
lorū et gloriosum splendentem super lumine solis celestiū uirtutū ex
ercitū. Ait autē ei Abbas Isidorus. ecce quos in occidente uidisti ipsi
sunt qui impugnant eciam sanctos dei. nam quos ad orientē con
spexisti ipi sunt quos ad adiutoriū sanctis suis mittit dn̄s. Cognos
ce ergo quia plures sunt nobiscū. sicut dicit Helyseus pp̄ha. Verū e
ciam et sanctus Apl̄s Johannes dicit. quia maior est qui in nobis
est q̄ qui in hoc mūdo. Et his auditis confortatus in dn̄o sanctus
Abbas Moyses reuersus est in cellulā suam grās agens. et glorifi
cans dn̄i nr̄i IHV xp̄i bonitatē et potenciam. ¶ Erat quidam
frater in heremo Scithie promptus et alacer in opus dn̄i et in spi
ritali cōuersacione. Huic autē et īimicus generis humani diabolus
misit cogitaciones ut recordaretur cuiusdam note sibi mulieris pul
chritudinē et turbabatur in cogitacōib9 cordis sui uehementer. Con
tigit autē ex dispensacione dn̄i IHV ut alius quidā frater de Egypto
ueniret ad uisitandū eum in caritate xp̄i. Et dū inter se loquebant^r
euenit sermo ut diceret ille frater de Egypto quia mortua est il
la mulier. Ipā autem erat in cuius ꝑsona impugnabatur supdict9
frater. Hec autem cū audisset ille. post paucos dies abijt ad locum
illū ubi positū erat corpus illius defuncte mulieris. et aperuit noc
te sepulchrū eius. et de pallio suo tersit saniem putredinis eius. et

ita reuersus est in cellulā suam. ponebatq; illū fetorē in conspectu
suo et dicebat cogitacōibȝ suis. Ecce habes desideriū tuū quod q̄
rebas. sacia te ex eo. et ita in illo fetore cruciabat semetipm̄ usq; d͡
cessaret ab eo sordidissima cordis impugnatio ¶ Duo fratres
monachi abierunt in proximā ciuitatem ut distraherēt que in
manibȝ suis per totū annū opati fuerūt. Unus autē ex eis egressus
est ut quedam sibi necessaria emeret. Alius autē solus in hospi
cio remansit. et instigante diabolo cecidit in fornicationē. Cum
autē reuersus uenisset frater. dixit ei. Ecce distraximus que necessa
ria erant. reuertamur nunc ad cellulā nrām. Respondens autē
frater. Non possū reuerti. Cumq; deprecaretur eū frater suus.
dicens. quare non reuerteris ad cellulā. Ille confessus est ei di
cens Quia ego cum discessisti a me cecidi in fornicationem. et
ideo nolo reuerti. Volens autē lucrari et saluare. aīam eius fratr̄
suus. cū iuramento dixit ei Quia et ego cū sepatus fuisse a te
lapsus sum similiter in fornicationē. uerūptamē reuertamur
ad cellulā et ponamus nos in penitenciā. omnia enī possibilia
sunt deo ut penitentibȝ nobis indulgenciā donare dignet' ut non
in eterni ignis tormētis et penis in inferno tartareis cruciemur.
ubi penitencia non est sed ignita semper et sine cessacione dura tor
menta. Ita ergo reuersi sunt ad cellulā suam. Abierūt autē ad scōs
patres et prostrauerūt se ad uestigia eorum cū multo ululatu et la
mentis gementes et confessi sunt illis que euenisset eis tunc tēptaci
o. Quicquid autē preceperunt sancti seniores et docuerunt eos in cau
sa penitencie. ita omnia fecerunt. Ille ergo alius frater qui non pec
cauerat. pro fratre qui peccauerat penitenciā agebat quasi et ipse
peccasset. eo q' multā caritatē circa eum haberet. Videns autē do
minus laborē caritatis eius. infra paucū tempus reuelauit deus
sanctis patribȝ qualis eēt causa et quia ꝓpter caritatē illius qui nō pec
cauerat et se afflixerat pro salute fratris. idcirco indulgenciā do
nauit dominus ei qui peccasset. Ecce hoc ita est sicut scriptum est
quia posuit animā suam ꝑ salute fr̄is sui . Alius quidā fr̄

moleſtiam ſuſtinebat a ſpiritu fornicacōnis .. Abijt autē ad quen
dam pbatiſſimū ſeniorē et pcabatur eū dicens. Pone tibi ſolliti
tudinē beatiſſime pr̄ et ora pro me quia grauiter me impugnat
paſſio fornicacionis. Hec cū audiſſet ſenior orabat intente diebꝰ
ac noctibꝰ pro eo deprecans dn̄i miſediaꝫ. Iterū autē ueniebat idē
frater et rogabat ſeniorem ut magis intencius pro eo oraret. Simili
ter autē cum omni ſollicitudine beatus ſenior orabat intencius
pro eo. frequenter autē uenientē ad ſe monachū uidens ſenior et
deprecantē ſe ut oraret ualde contriſtatus admirabatur quia non
exaudiret dn̄s orōnes eius. Eadem autē nocte reuelauit ei dn̄s que
circa illū monachū erat negligēcie et ignauie reſolucio. delectacio
nes corpeas cordis eius. Ita autē oſtenſum eſt ſancto ſeniori. Vidit
ſedentē illum monachū et ſpiritus fornicacōnis in diuerſis muli
erū formis ante illum ludentes et ipm̄ cum eis delectari. Videbat aūt
et angelū dn̄i aſtare et indignantē grauitˀ contra eundem fratrē
quia non ſurgebat neqꝫ proſternebat ſe in orōibꝰ ante deū. ſed ma
gis delectabatur in cogitacionibꝰ ſuis. Hec ergo oſtenſa ſunt per reue
lacionem ſancto ſeniori. Cognouit autem quia culpa et negligen
tia illius monachi erat ut non exaudirentˀ orōnes eius. Et tunc
dixit ei ſenior. Quia tua culpa eſt frater qui condelectaris cogitacōi
bus malis. Impoſſibile eſt enī diſcedere a te ſpiritū fornicacionis in
mūdum. alijs orantibꝰ et deū pro te depcantibꝰ niſi et tu ipe laborē
aſſumas in ieiunijs et orōnibꝰ et uigilijs multis cū gemitu depre
cans ut miām ſuam et adiutoriū gracie ſue prebeat tibi dn̄s xpc
ut poſſis reſiſtere malis cogitacōibus. nam et medici qui corpibꝰ
hominū medicamenta conficiūt et adhibent. quāuis omnia cum
ſūma diligencia faciant. verūptamen ſi ille qui infirmatur non ſe
abſtineat a noxis cibis uel de alijs que ſolent ledere infirmantes .
nichil ei proficiet cura et diligencia et ſollicitudo medicoꝝ. Simili
ter eciam et in anime languoribꝰ eueniet. licet cū omni intēcio
ne et in toto corde ſancti patres qui ſunt medici ſpirituales exorēt
miām xpi dn̄i Saluatoris nr̄i pro eis qui orōnibꝰ eoꝝ ſe poſtu

lant adiuuari. ſed niſi et ipĩ cũ omni intencione mentis tã in
orõnibꝫ ꝙ in omni ope ſpiritali que deo placita ſunt fecerũt non
eis pficient negligentibꝫ et reſolutis et de ſalute anime minime co
gitantibꝫ orõnes ſanctorꝝ. Et hec audiens frater compunctus eſt
corde et cũ omni ſollicitudine ſecundũ doctrinã ſenioris tã in ie
iuniis ꝙ in orõnibꝫ et uigiliis ſemetipſm afflixit. et meruit miãꝫ
dñi. et receſſit ab eo ſpiritus inmũde paſſionis ¶ Erat quidã
monachus et habitabat in heremo. Quedam autẽ puella ex gñe
et cognacione eius poſt plimos annos comperit in quo loco ſup
dictus monachus habitaret. et inſtigante diabolo abiit in illũ de
ſerti locũ requirens eum. Quo inuento ingreſſa eſt in cellulã eius
aſſerens ei quia ex genere et parentela eius fuiſſet. manſit quoq
apud eũ et cecidit in ruinã pcĩ cum ea. Erat autẽ alius mona
chus et ipſe in heremo degens. qui cũ ad refectionis horã ueniſ
ſet. gello cũ aqua quẽ ad potũ ſibi pparauerat uertebat ſe et tota
illa aqua fundebatur in terram. Hoc autẽ per aliquot dies cũ ad re
fectionẽ ueniſſet ita fiebat et effundebatur aqua in terrã ut nõ poſ
ſet bibẽ. Cogitauit autẽ apud ſemetipſm ut abiret ad illũ aliũ mona
chum et diceret ei de gellone qui uertebat ſe et tota aqua effunde
batur. Igitur cũ in itinere ueſpere facto in quodam antiquo et diru
to templo idolorꝝ dormiret. audiuit demones inter ſe loquẽtes quia
in iſta nocte precipitauimꝰ illũ monachũ in fornicationẽ. Et hec
audiens admirabatur. Cũ autẽ illuxiſſet dies puenit ad monachũ
et inuenit eũ grauiſſima triſticia oppreſſũ. et dixit ei. quid faciam
frater quia qua hora reficere uoluero. ſtatĩ gello quẽ ad uſum aque
habeo uertit ſe et effundit aqua et non habeo quid bibere. Cui
reſpondit ei ſupradictus monachus dicens. Tu quidem uenisti in
terrogare me. quia gelluncullus tuus uertit ſe et effundit aquã
ego autem quid habeo facere quia hac nocte cecidi in fornicati
onẽ. Reſpondens ꝙ frater dicit ei. Et ego hoc iam cognoui. Di
it autẽ ei ille. Et unde hoc potuiſti cognoſcere. Et ille ait. Dum
in itinere noctu quieſcerem. audiui demones inter ſe loquentes

et gloriantes de lapsu tuo et nimis contristatus sum. Tunc ille ei respondit monachus dicens. Ecce ergo egrediar et uadam in seculū. Hec ille audiens deprecabatur eum dicens. Noli ergo agere frater sed magis patienter sustine et pmane in hoc loco. nā mulierē expellamus et reuertatur ad locū suū. manifeste enī ista exquisicio artis maligni diaboli est. magis autē oportet te ut maneas in hoc loco in afflictione cordis et corpis. et cū intimi cordis gemitu ac lacrimis usq; in exitū uite deprecare dnm ac Saluatoris nrī pietatē ut possis īuenire miscdiā in die illo terribili magni iudicij dei. ¶ Erat quidam frater in heremo habitabat autē in loco qui dicebatur Cellia. et inpugnabant eū demones in passione fornicationis. Cogitabat autem apud semetipm dicens. quia forsitā oportet me magis in ope manuū laborare ut extenuetur carnalis sensus meus. Erat autē idem frater arte figulus. Exurgens autem fecit in luto et plasmauit quasi figurā mulieris. et dixit cogitacōibus suis. ecce uxor tua. necessariū est ergo ut super consuetudinē addas in ope manuū tuarū. et post aliquantos dies iterū similiter fecit ex luto et plasmauit quasi filiā sibi. et dixit cogitacōibꝫ suis. ecce generauit uxor tua filiā. necessariū est ergo ut magis magis q; amplius exerceas opa manuū. ut possis pascere et uestire et te et uxorē et filiā tuam. Et ita pre nimio labore macerauit corpus suū ut non pualeret iam supportare tantū laborē. Tunc dixit cogitacōibus suis. quia si non puales nimiū istū sustinē laborē neq; mulierē requiras. Videns autem deus feruens ppositū mentis eius pro certamine castitatis. abstulit ab eo molestiam inpugnacōis demonū. et glorificauit dnm super magnitudine gratie eius ¶ Quidā frater interrogauit beatū Abbatē Pemenē dicens. Quid faciā pater quia impugnat me passio fornicacionis et impior in passionē furoris? Et respondens dixit ei sanctus senior. Ideo utiq; Dauid ppha dicebat Quia leonē quidem pcutiebā nā et ursum frequenter suffocabā Hoc autem ita intelligitur. quia furorē abscidebam ab animo meo. fornicacionē autem in labore affligebam.

Dicebant ſancti ſeniores patres de quodam monacho iam ſeniore in Scithie heremo cōmanente quoniā ſeruus quondaȝ erat. et per ſingulos annos deſcendebat de heremo in Alexandriam ubi cōmanebant dn̄i eius deferens eis penſionē ſicut ſolent ſerui dare dn̄is ſuis. Nam dn̄i eius magis reuerenciā pro timore dei habentes circa eū honorabant occurrentes et ſalutantes eum petentes q3 ut pro eis dn̄m exoraret. Ille autē mittebat aquā in peluī et feſtinabat lauare pedes dn̄oꝝ ſuoꝝ cū omni humilitate obſequiū eis cupiens exhibere. Ipi uero nolebāt adquieſcere ut pedes eoꝝ abluēt. ſed dicebant ei. Noli beatiſſime pater grauare animas nr̄as. At ille reſpondens dicebat. Ego ſeruus ueſter ſum. nam uos dn̄os meos ēē omps deus conſtituit. et gracias ago dn̄o nr̄o quia dignati eſtis me pmittere ut ſeruiā deo uiuo et uero et creatori ac dn̄atori celi et terre et ideo detuli uobis penſionē ſeruitutis mee. Domini autē eius contendebant nolentes accipe quam detulerat penſionē. Reſpondens autē monachus dixit eis. Si nolueritis accipe penſionem meam ita decerni ut non reuertar in heremū. ſed hic in preſenti pmaneo et ſeruio uobis. Hec autē audientes dn̄i eius adquieuerūt ſuſcipe penſionē eius ne contriſtaretur. ſed magis ut reuerteretur ad loca heremi ad cellulam ſuā. Illud autem quod de penſione ſua eciā nolentib; dabat dn̄is ſuis. ſtatim quod accipiebant paupib; erogabant. Interrogantes autem eundem ſeniorē fratres dixerūt. Obſecramus te pater ut dicas nobis cur cū tanta intencione pro ſeruicio tuo penſionē etiam nolentib; et nimis reſiſtentib; tibi dominis ingeſſiſti. Ad hec reſpondēs ſenior dixit. Ego fratres ideo feſtino pro ſeruicio qd̄ tanq̄ dn̄is meis debeo. penſionē per ſingulos annos adimplere. ut quicqd iam cū adiutorio dn̄i in ieiuniis et orōnibus ſeu in ſanctis uigiliis uel in omni ope ſpiritali ipo dn̄o adiuuante laborauero. hoc michi in eterna uita in ſalutem anime mee proficiat. ne forſitan ſi penſionē pro ſeruicio meo minime intulero. iam totus ſpūalis labor meus ad illoꝝ mercē

proficiat qui me p̄miſerūt xp̄o dn̄o deſeruire et ſpiritalit̄ cōuerſa
ri. ¶ Erant duo fratres ſcd̄m carnē quidem germani uerūptā
uterq; in ſpiritali ꝓpoſito monachi exiſtentes inſidiabat̄q; eis ma
lignus diabolus ut quomōcūq; eos ſeparet ab īuicem. Quadā igit̄
die ad ueſperā ſcd̄m conſuetudinē ille iunior frater accendēs lucer
nam poſuit ſuper candelabrū. faciente autē malicia demonū ruit
candelabrū et extincta eſt lucerna. Per hanc occaſionē inſidiabat̄
malignus diabolus ut eos in litē induceret. Surgens q; ſenior fr̄
cepit p̄cutē cū furore fratrē ſuū. Ille uero proſtratus in terram
deprecabatur germanū ſuū dicens. Magnanimus eſto dn̄e et
ego curſū accendo lucernā. Ergo quia non reſpondit ei turbulē
tū ſermonē ſtatim malignus demon confuſus receſſit ab eis et
pergens eadem nocte nūciauit principi demonū dicens. Quoni
am ꝓpter humilitatē illius monachi qui proſtratus in terram
ueniā poſtulabat a fratre ſuo non p̄ualui in eis. Videns q; deus
humilitatē eius effudit ſuper eum graciam ſuā. et ego ſencio
me ualde torqueri atq; cruciari q̄m non potui ſepare eos ab in
uicē. Hec autem om̄ia uerba audiens ſacerdos ydoloꝝ qui ibi cō
manebat compunctū eſt cor eius in timore et amore dn̄i nr̄i IHV
xp̄i. Conſiderans enī quoniā magis ſeductio et p̄dicio aīaꝝ eſt
cultus ydoloꝝ. relinquens om̄ia feſtinanter p̄rexit ad ſanctos pa
tres ad monaſteriū et retulit eis hec om̄ia que per maliciā demo
nes inter ſe loquebantur. Cūq; monitis ſalutarib; inſtruxiſſet eū
ſancti patres de doctrina dn̄i Saluatoris. baptizatus eſt et ſancti
ꝓpoſiti monachorū uitam arripuit. et adiuuante et cooperante grā
dn̄i factus eſt p̄batiſſim⁹ monachus. Tantūq; ueneratus eſt et
tenuit uirtutē humilitatis ut omnes nimiā humilitatē eius ad
mirarent̄. Dicebat enī q̄m omnē uirtutē adu̾ſarioꝝ inimicorum
demonū ſoluit humilitatis intencio. Deniq; et dn̄s nr̄ IHS xp̄us
per humilitatē triūphauit diabolū et omnē eius uirtutē con
triuit. Addebat etiam dicens q̄m frequenter audiſſet demones
inter ſe loquentes. quia quando ad iracūdiam ſuccendim⁹ corda

hominū· ſi quis ſuſtinuerit pacienter īiuriaꝝ conuicia et cōuer
ſus magis rogauerit ea que ad pacem ſunt dicens· quia ego pec
caui ſtatim ſentimus omnē uirtutē nr̄am marceſſere quia ap
proximat eis gracia diuine potencie

Referabat autē beatus ſenior Pemen frib; dicens· Qm̄ fu
it quidam nuper monachus in Conſtantinopoli tempo
bus Theodoſij Imperatoris· Habitabat autē in cellula parua foris
ciuitatē ꝓpe praſtū qui uocatur inſentimo· ubi ſolent Impatoꝛes
egreſſi de ciuitate libenter degere· Audiens autē Imperator qꝫ ibi eēt
quidam monachus ſolitarius qui nuper egrediebatur de cella ce
pit deambulando ꝑgere ad eum locū ubi erat ſupradictus mona
chus· precepitqꝫ ſequentib; ſe eunuchis ut nullus approximaret ad
cellulā illius monachi· Ipē autē ſolus preyit pulſauitqꝫ oſtiū cel
lule· Surgens autē monachus aperuit ei et non cognouit eū qꝫ
eēt Imperator· tulerat enī ſibi coronā de capite ſuo ut nō cognoſcēt
Poſt orōnem autē ſederūt pariter· et interrogauit eū Imperator
dicens· Quō ſancti patres degūt in Egypto· Respondens qꝫ mo
nachus ait· Omnes exorant deum pro ſalute ūra· Aſpiciebat aūt
Imperator intente cellulā ipām· et michil in ea uidit niſi paucos pa
nes ſiccos in ſporta pendentes· et dixit ei· Da michi benedictione
Abba ut reficiamus· Statimqꝫ feſtinauit monachus et miſit aquā
et ſalem et miſit buccellas et comederūt pariter· Porrexitqꝫ cali
cē aque et bibit· Tunc Theodoſius Imperator dixit ei· Scis quis ſī
ego· Respondens monachus dixit ei· Neſcio quis ſis dn̄e· Dixit
ei· Ego ſum Theodoſius Imperator et ob deuocionē tui ueni huc
Hoc cum audiſſet monachus proſtrauit ſe ante illū· At ille dix
it ei· Beati eſtis uos monachi qui ſecuri ac liberi de negocijs ſe
culi tranquilla et quieta ꝑfruimini uita et ſolūmodo de ſalu
aīaꝝ ūraꝝ habetis ſollicitudinē quomō ad uitā eternā et ad
celeſtia p̄mia puenire poſſitis· In ueritate enī dico tibi quia cer
te in regno natus ſum et nūc in regno dego et nūqꝫ ſine ſolli
tudine cibū capio· Poſt hec autē ualde honorifice ſalutauit eū

Imperator et ita egreſſus eſt ab eo. Eadem autē nocte cepit intra ſe cogitare famulus dei dicens. quoniam non oportet me iā in hoc loco eē. multi enī non ſolū de populo ſed eciā de pallacio et de ſenatoribꝰ quamplurimi exemplū Imperatoris ſecuti ad uidendū me uenturi ſunt et honorē michi tamquam ſeruo dei deferendo nō ceſſabūt. et illi quidē hec propter nomē dnī facturi ſunt. ego autē timeo ne forſitā malignus diabolus michi ſubripiat et libenter incipiam eos ſuſcipe et condelectetur cor meū laude et honore eorum. et per hec iam incipiā uirtutē humilitatis perdere et laude atque honore hominū delectari. Hec igitur omnia homo dei ſecū cogitās eadē nocte fugit inde et perrexit in Egyptū ad ſanctos patres in heremū. Itaque conſideremus fratres dilectiſſimi cū quanta ſollicitudine uirtutē humilitatis cuſtodire famulus dei ſtuduit. ut in celeſti regno eternā gloriā pro labore ſancte uite ſue quē propter nomē dni exercuerat percipe a xpō dnō meretur. ¶ De hoc autē ipō ſancto Pemene referebant alii ſancti ſeniores dicentes. quia quodā tpe cum aduenisset iudex prouincie audiſſetque ſanctā opinionē btī Pemenis deſiderabat uidere eum miſitque nūciū ad deprecandū ut ſuſciperet eum. Beatus autē Pemen contriſtatus eſt ualde cogitans apud ſemetipſum quia ſi ceperint perſone nobiles uenire ad ſalutandū et honorandū me. manifeſtū eſt quia et alii multi eciā populares homines frequētabunt me. et neceſſe eſt ut per hec perturbet ſecreta uite mee conuerſacio. et humilitatis graciam quā cū tanto labore auxiliante dnō a iuuentute mea ſtudui cuſtodire forſitā ſubripiēte maligno diabolo perdam et uane glorie incurrā laqueos. Hec ergo apud ſemetipſum pertractans definiuit quatinus excuſaret magis et non ſuſciperet iudicē. Contriſtatus autē iudex quia non eū ſuſcepiſſet ait ad officiarium ſuū. quiā non merui uidere hominē peccatis meis imputo. Veruptamen nimis deſiderauit per quācumque occaſionem ut uideret ſanctū uirū. excogitauit autē huiuſmodi cauſā que occaſionē ei preberet uidendi eum. Comprehendens enī filiū ſororis beati Pemenis miſit in carcerē ut per iſtā occaſionē aut ſuſ

cipet iudicē aut certe ipſe ueniret ad rogandū iudicē. Dixitqꝫ ad offi
ciariū ſuū ut non contriſtaretur ſanctus ſenior. Manda ei ſi noluit
uenire ad me neceſſe eſt ut ſtatim educam' eū de carcē. talis eſt eni
cauſa eius que non poſſit impune tranſire. Audiens autē hec mater
iuuenis ideſt ſoror ſancti Pemenis abijt in heremū ubi erat frater
eius. ſtabatqꝫ ad oſtiū cellule eius cū multo fletu et ululatu rogās
eū ut deſcenderet ad iudicē et rogaret pro filio eius. Beatus autem
Pemen non ſolū nichil ad eam dixit ſed nec oſtiū quidē ei aperuit
ut ingrederetur ad eum. Tunc illa cepit maledicere ei ac dicē. Duriſ
ſime ac impijſſime et ferrea uiſcera gerens quomō te tantus dolor
fletus mei non flectit ad miſericordiā qm̄ ipſum unicū filiū habeo
quē in ꝑiculo mortis uideo conſtitutū. Tunc ſenior mandauit ei
per frēm qui ei miniſtrabat dicens. Vade dic ei. Pemen filios non
genuit ideo non dolet. Hec autē audiens iudex dixit amicis ſuis
Scribite ad eū ut uel eplām ꝑcatoriā faciat ad me. quatin' poſſi
eum dimittere. Tunc iā q̄ plurimis ſuadentib' ſanctus ſenior ſcpſit
ad iudicē dicens. Iubeat nobilitas tua diligenter requirē cauſā illi'
et ſi quid dignū morte admiſit moriatur. quatin' in hoc ꝑiti
culo exſoluat crimen peccati ſui ut euadat eternas ꝑpetue gehēn
penas. Si autē nichil dignū morte cōmiſit. quod iuſtū uidet' le
bus ita de eo iube diſponere

Fuit etiā de magnis patrib' quidam ſenior nomīe. Aga
thon noīatiſſim' in uirtute humilitatis et pacientie
Quodā autē tempe preuerūt ad uiſitandū eum fratres. audien
tes enī de eo q̄ magnā humilitatē haberet. uolentes qꝫ ꝓbare ſi ue
humilitatis pacientiā poſſideret. dixerūt ei. Multi ſcandalizant'
in te pater. quia nimis uicio ſupbie tenearis. et ideo alios deſpi
as et pro nichilo eos habeas. ſed et detractiones adūſus frēs non
ceſſes loqui. Affirmant etiā q̄ plurimi q̄ hec ideo agas quia for
nicationis uicio tenearis. et ne ſolus uidearis errare idcirco nō ceſ
ſes alijs detrahere. Ad hec ſenior reſpondens ait. Hec omīa que
dixiſtis uicia in me ēē cognoſco nec poſſū negare tantas īiqtates

meas. procidens q; pronus in terrã adorabat eoſdẽm frẽs dicens.
Deprecor uos fratres ut intencius pro me miſero et multis pc̃tis
obnoxio xp̃m dñm exorare non ceſſetis ut indulgenciã tribuat ĩ
quitatib; meis multis ac malis. Ad hec ſupradicti fratres addẽtes
dixerũt ei. Non te lateat etiã hoc quia hereticũ te eẽ q̃plurimi af
firmare uolũt. Hoc autẽ cum audiſſet ſenior dixit eis. Licet in ali
is multis pc̃tis obnoxius ſim nam hereticus penitus nõ ſum. abſit
hoc ab anima mea. Tunc omnes fratres qui ad eũ uenerãt pro
ſtrauerunt ſe in terram ante pedes eius obſecrãtes eũ ac dicentes
Precamur te Abba ut dicas nobis. cur tanta uicia et pc̃ta dicẽtib;
nobis de te in nullo cõmotus es. de uerbo autẽ heretici ualde te cõmo
uiſti et abhoĩatus es nec ſufferre potuiſti auditũ. Dicit eis ſenior.
Illas priores culpas atq; pc̃ta ꝓpter humilitatẽ ſuſtinui ut pc̃torẽ
me eẽ credẽtis. nouimus enĩ quia ſi cuſtodiatur humilitatis uirtus
magna ſalus eſt anime. Nam dñs et Saluator nr̃ IHS xp̃s cũ ei iudei
multas cõtumelias et cõuicia irrogaſſent pacienter cuncta tollerauit
ut nobis humilitatis preberet exempla. inmiſſi etiã falſi teſtes multa
aduerſus eũ falſa dixerũt et uſq; ad mortẽ crucis pacienter cuncta
ſuſtinuit. Ita enĩ et Apl̃s Petrus predicat dicens. Xp̃s paſſus eſt pro
nobis uobis relinquens exemplũ ut ſequamini ueſtigia eius. Oportet
igit̃ ut pacienter cũ humilitate cuncta aduerſa ſuſtineam9. Nã ſer
monẽ quo me hereticũ dixiſtis non potui ſuſtinẽ et ualde abhoĩat9
ſum quia hereſis ſeparacio eſt a deo. Hereticus enĩ ſepat̃ a deo uiuo
et uero et cõiungitur diabolo et angelis eius. Alienat9 ei a xp̃o iã
non habet deũ quẽ exoret pro pc̃tis ſuis quia ex omni parte periit
Si autẽ conũſus fuerit ad ueram et catholicã ſancte ecc̃lie fidem. ſuſ
cipitur a bono et pio Saluatore nr̃o xp̃o et recõiungitur deo uiuo
et uero creatori ac Saluatori nr̃o xp̃o. qui eſt in patre filius ſemper
cũ ſancto ſpiritu ipſi gloria in ſecula ſeculorum amen.

Conſiliũ inter ſe habuerũt ſeniores patres et omnes mona
chi habitantes in heremo Scithie et conſenſerũt ut beat9
pater Yſaac pb̃r eis ordinaretur in eccl̃ia que in ipſa heremo ſita eſt

ubi cōuenit die et hora ſtatuta multitudo monachorum qui in illa
heremo cōuerſantur. Audiens autē ſupradictus Abbas Iſaac hu-
iuſmodi conſiliū. fugit in Egyptū et abſcondit ſe in quodam agro
inter frutecta arbitrans indignū ſe eē honore preſbiteri. Complurimi
autē fratres monachi ſequebantur ut comprehenderēt eum. Cū aūt
applicuiſſent ad ueſperū in eodē agro prolongius ut reficerētur fatiga-
ti de itinere erat enī nox. dimiſerūt aſellū qui eis ſumptus porta-
bat in itinē ut paſceret. Cū autē paſceretur aſellus peruenit ad locum
ubi ſupradictus Abbas Iſaac latitabat. cūque illuxiſſet dies. requiren-
tes monachi aſellū peruenerūt ad eundē locū ubi ſenior ſe occulta-
rat. et admirātes ualde diſpenſationē diuinā. comprehendentes li-
gare et conſtringere eū uoluerūt et ita perducē. Venerabilis autē ſe-
nior non permiſit dicens. Iam non poſſum contradicē uobis quia for-
ſitan uoluntas dei eſt ut licet indignus ſuſcipiam ordinē preſbiteri.
Erant quidā duo fratres monachi pariter in cellula com-
manentes. quorum humilitatē et pacienciā multi etiā de ſcīs
patribus collaudabant. Audiens autē quidā ſanctus uir. uoluit pro-
bare ſi uerā perfectamque humilitatē haberēt. et uenit ad uiſitandum
eos. Cūque eū gaudio ſuſcepiſſent eū et ex more compleſſent orōnē
et pſalmodiam. egreſſus foras cellulā uidit paruū ortū ubi holera
ſibi faciebant. apprehenſoque baculo cū toto impetu cepit omīa olera
cedendo confringere ita ut nichil omīo remaneret. Videntes autem
ſupradicti fratres nichil penitus dixerūt. ſed nec uultū triſtē aut tur-
batū habentes. rurſus ingreſſi cellulā ueſpertinas orōnes cōplētes
adorantes eū dixerūt. Si precipis dn̄e ut eamus et eū qui remanſit
caulem coquentes preparemus quia iam hora eſt ut cibū ſumamus.
Tunc ſenior adorauit eos dicens. Gracias ago Saluatori nr̄o xp̄o
quia uideo ſpiritū ſanctū requieſcere in uobis. et ideo hortor ac mo-
neo uos cariſſimi fratres ut uſque in finē cuſtodiatis ſancte humili-
tatis et paciencie uirtutē. ut ipā in regno celeſti uos magnos ac
ſublimes in conſpectu dn̄i faciat apparere. ¶ Erat quidam in
cenobio iam ſenex probatiſſimus monachus. et incurrit in grauiſſi-

mā egritudinē· Confectus qꝫ nimia et intollerabili infirmitate per
longa tempa laborabat in doloribꝫ multis nec īueniri poterāt fra
tres qualit̄ succurrerēnt egritudini eius qm̄ ea que necessitas infir
mitatis eius expetebat non habebant in monasterio· Audiēs aut̄
quedā famula dei de afflictione infirmitatis eius· deprecata est prem̄
monasterij ut eū ad cellulā suā tolleret et ministraret ei· maxime
autē quia facilius īueniri possent in ciuitate que necessaria eius
egritudini uidebantur· Precepit ergo pater monasterij ut porta
rent eū fratres ad cellulā famule dei· Ipā uero cū omni ueneratōe
suscipiens senē ꝓpter nomē dnī ministrabat ei· et pro retribucōne
mercedis eterne quā ardebat a xp̄o Saluatore nr̄o recipe· Cumqꝫ
tribus et amplius ānis sedule obsequerētur et ministraret famulo
dei· ceperūt homines mente corrupti scdm̄ scabiē mentis sue sus
picari qꝫ non sincerā habet̄ senior conscienciā de uirgine que mi
nistrabat ei· Audiens autē hec senior exorabat diuinitatē xp̄i
dnī dicens· Tu dnē deus nr̄ qui solus cognoscis omīa et uides
quia multi dolores sunt egritudinis et miserie mee· et afflictioēs
tante infirmitatis que me ita per tanta consumit tempa ut neces
sariū habeā obsequiū huiꝰ famule tue que michi ꝓpter nomen
tuū ministrat· tribue ei dnē deus meus condignā mercedē in ui
ta eterna sicut dignatus es ꝓpter bonitatē tuam pmittē his qui
ꝓpter nomē tuū egenis et infirmis suū exhibent ministerium
Cum autē approximasset dies transitus eius· cōuenerūt ad eū qꝫ plu
rimi sancti seniores et fratres de monasterio et dixit eis senior· Ob
secro uos dnī patres et fratres ut cū defunctus fuero· tollatis bacu
lū meū et plantate eum super sepulchrū meū· et si radices miserit
feceritqꝫ fructū tunc scietis quia munda est consciencia mea a fa
mula dei que michi ministrabat. Si autē non fronduerit scitote
quia non sū mundus ab ea· Cū ergo uir dei exisset de corpe scdm̄
pceptū eius sancti seniores plantauerūt baculū eius sup sepulchrū
ipius et fronduit· accedentiqꝫ tempe protulit fructū· et admira
ti sunt omnes glorificantes dnm̄· Ad tale enī miraculū eciam

de uicinis regionibus multi uenientes magnificabāt graciā Sal
uatoris. nam et nos ipām arbuſtulā uidimus et benediximꝰ dnm̄
qui ꝓtegit omnes in ſinceritate et ueritate ſibi ſeruientes.

Quodam tempore ad beatū Abbatē Apollo. adduxerūt quendā
uexatū qui fortiter a demonio torquebatur. Cūqꝫ per triduū ob
ſeruarent qui cū eo uenerant deprecantes ſenē ut eū in nomine
xp̄i precibus ad dnm̄ fuſis curaret. Reſpondit ſenior et dixit eis
Non ſe eē huius meriti ut demonibꝫ imparet. Cū autē ꝑſiſterēt
qui uenerant rogantes eum flentes et nimis dep̄cantes tandē
adquieuit. Cū autē in nomīe dnī Saluatoris nr̄i xp̄i imperaret
dicens demoni. exi īmūde ſpiritus de plaſmate dei. Tunc demon
reſpondens dixit ei. Ego quidē op̄ante uirtute xp̄i egredior. tamē
interrogo te unū ſermonē ut dicas michi. quid eſt quod ſcriptū
eſt in Euangelio. et ſtatuet oues a dextris ſuis. hedos autē a ſiniſ
tris ſuis. qui ſunt hedi et que ſunt oues. Reſpondens autē ſeni
or dixit ei. Hedi quidem īiuſti ſūt inter quos et ego ſum peccator
qui multis peccatis obnoxius ſum. oues autē deus nouit que ſūt
Tunc exclamauit demon uoce magna dicens. ꝓpter humilitatem
tuā ſtare omnino non poſſum. et ſtatim egreſſus eſt de homīe quē
obſederat. uidentes qꝫ qui aſtabant. omnes dederūt gloriam deo

Retulerant ſancti ſeniores nobis dicentes. quia fuit qui
dam monachus in heremo Scithie. Venit autē ad uiſitan
dū ſanctos patres qui habitabant in loco qui dicitur Cellia. ubi
multitudo monachoꝝ diuiſis habitabat cellulis. Cūqꝫ non in
ueniret ad preſens cellulā ubi poſſet manē. quidam de ſenioribꝫ
habens aliam uacantē cellulā. dedit ei dicens. Interī repauſa in
hac cellula donec īuenias ubi poſſis manere. Cumqꝫ ad uiſitan
dū eum cōuenerunt q̄ plurimi fratres deſiderātes ab eo audire
uerbū ſalutis eterne. habebat enī graciā ſpiritalē docendi ūbū
dnī. Videns ille ſenior qui ei ad habitandum preſtiterat cellam
īuidie liuore cor eius uulneratū eſt et indignari cepit ac dicere
Quū ego tantis tempibꝫ in hoc loco habito et non ad me con

uenıunt fratres niſi rariſſime· et hoc in diebus feſtis· et ecce ad iſ
tũ impoſtorẽ pene cotidie fratres q̃plurimi uadunt· Dixit autem
diſcipulo ſuo· Vade et dic ei ut egrediatur de cellula illa q̃m neceſſa
ria michi eſt· Cũ autẽ perrexiſſet diſcipulus eius ad illũ fratrẽ dixit
ei· Mandat· Abbas meus ſanctitati tue iube ei mandare qualiter
te habeas audiuit enĩ te infirmari· Ipſe uero remandauit ei dicens
Ora pro me dñe pater· quia ualde ſtomachũ doleo· Reuerſus autẽ
diſcipulus dixit· Abbati ſuo· Nimis rogat ſanctitatẽ tuã ut uel du
os dies iubeas ei inducias dare ut poſſit ſibi aliã cellulã prouidere·
Tranſactis autẽ trib; diebus iterũ miſit diſcipulũ ſuũ dicens· Vade
et dic ei ut egrediatur de cella mea· nam ſi rurſus diſtulerit dices
ad eũ quia continuo uenio et cũ baculo cedendo expello eũ de cella
mea· Pergens autẽ diſcipulus ad ſupradictũ fratrẽ dixit ei· Q̃m ual
de ſollicitus eſt Abbas meus de infirmitate tua ideo miſit me requi
rens ſi melius habeas· At ille hec audiens dixit· Gracias ago dñe
ſancte caritati tue quia ſollicitus es de me· uerũptũ precib; tuis me
lius habeo· Rurſus autẽ diſcipulus dixit· Abbati ſuo· Eciã et nunc
ſatis dep̃catur ſanctitatẽ tuam dicens ut uſq; ad diem dñicũ expec
tes eum et ſtatim egredietur· Cũ autẽ aduenıſſet dñicus dies et nõ
egrederetur· accipiens uectem ſenior ĩflammatus ĩuidie et iracun
die ſpiritu pgebat ut cedendo expelleret eum de cella· Audiens autẽ
diſcipulus eius dixit ei· Si iubes pater p̃cedo te et uideo ne forſitan
aliqui fratres ad ſalutandũ eum uenerint· et ſi uiderint te ſcandali
zentur· Preceſſit ergo diſcipulus eius et ingreſſus ad eũ dixit· Ecce
inquit· Abbas meus uenit ad ſalutandũ te· egredere ergo celerius
et cũ grãꝝ actione occurre ei quia pro nimia caritate et dilectione
uenit ad te· Qui ſtatim ſurgens cũ nimia alacritate occurrit ei· Cũ
q; uidiſſet eum anteq̃ approximaret pſtrauit ſe pronus in terrã ado
rabatq; ſenẽ cum grãꝝ actione dicens· Retribuat tibi dñs cariſſiẽ
pater bona eterna pro cella quam michi ꝓpter nomen eius p̃ſtitiſti
et in celeſti ihr̃lm inter ſanctos ſuos xp̃s dñs tibi gloriã et ſplen
didam pparet manſionẽ· Hec autẽ audiens ſenior compunctus eſt

corde et proiciens baculũ cucurrit in amplexu eius et oſculatus
eſt eũ et ĩuitauit illũ ad cellulã ſuam ut ꝑiter cũ grãꝫ actione
ꝑciperent cibũ. Vocauit autẽ ſenior ſupmemoratũ diſcipulũ ſuũ
et interrogauit eum dicens. Dic michi fili ſi dixiſti fratri uerba
que ꝓpter cellulã illam mandaui ut diceres ei. Tunc diſcipulus
eius confeſſus eſt ei dicens. Vere dñe dico. qm̃ ꝓpter humilitatem
quã tibi exhibere debeo tanꝗ̃ patri et dño ideo non audebã tibi
reſpondere aliquid quando mittebas me ad eum. Hec audiens ſe
nior ſtatim ꝓſtrauit ſe in terrã ad pedes diſcipuli ſui dicens. Ex ho
dierna die tu meus pr̃ eſto et ego diſcipulus tuus. qm̃ te feſtinã
te et moderante et cũ timore et caritate dei agente. et meã et illi
fratris animã de peccati laqueo xp̃s dñs liberauit. Pro uoto eius
et ſancta ſollicitudine et intencõe diſcipuli qui ꝑfecte in caritate
xp̄i diligebat. Abbatẽ ſuũ et anxius timebat ne per ĩuidie et mali
die uiciũ aliquid tale ageret pater eius ſpiritalis ut ꝑderet omnes
ſanctos labores quos ab ĩeunte etate in xp̄i ſeruicio pro uite eterne
premiis laborauerat. ideoq; dñs donauit eis grãm ſuam ut in pa
ce xp̄i ꝑiter letarentur

Dicebant ſancti ſeniores de diſcipulo Abbatis Pauli noĩe Joh
qm̃ magnã haberet humilitatẽ et uirtutẽ obediẽcie ut eciã
difficiles cauſas imꝑante ei Abbate in nullo penitus contradiceret
ſed nec leuiter in aliquo murmurabat. Cũ autẽ neceſſarius eẽt in
monaſterii utenſilib; fimus boũ. miſit eũ Abbas ſuus in proximũ
uicũ ut requireret ibi fimũ boũ. et cũ celeritate afferret ad monaſteri
um. Erat autẽ in illo loco mala beſtia leena. Statim ergo egreſſus
ſupradictus diſcipulus eius Johãnes ibat ſcd̃m preceptũ Abbatis
Cumq; ꝑgeret dixit Abbati ſuo. Dñe pater audiui q̃ plurimos dicẽtes
quia in illo loco mala beſtia leena ſit. Tunc ſenior quaſi iocularit̃
dixit ei. Si uenerit ſuper te tene et alliga eam et adduces eã tecum
Cũ autẽ ꝑueniſſet ad locũ iam ueſpe. ſtatim egreſſa leena irruit ſuper
eũ. Ille autẽ comphendens tenẽ eam uoluit. Illa uero excuciens ſe de
manib; eius aufugit. Sequebatur autẽ ille dicens. quia Abbas me

us p̃cepit ut alligatã pducã te ad eum. Continuo autẽ ſtetit beſtia
et tenens eam reuertebatur ad monaſteriũ. Dũ autẽ retardaret in iti
nere. Abbas eius nimis ſollicitus pro eo triſtabatur grauiter. Et ecce
ſubito ſuperuenit diſcipulus eius tenens ligatã leenã. Quod cũ uidiſ
ſet ſenior admiratus ualde gratias agebat Saluatori nr̃o dn̄o. Dixit
autem diſcipulus eius. Ecce dn̄e ſicut precepiſti adduxi ligatã leenam
Volens autem ſenior humiliare ſenſũ eius ne extolleret ſe in cogitacõi
bus ſuis diſcipulus eius ait ei. Sicut tu inſenſibilis es ita etiã et iſtã
inſenſibilẽ beſtiam adduxiſti. ſolue ergo et dimitte eam ut pergat ad
locũ ſuum. ¶ Quidam de ſanctis ſenioribus miſit diſcipulũ ſuũ
ad hauriendam aquã. porro longius aberat puteus a cella ſenioris
oblitus eſt autẽ tollere funẽ diſcipulus eius de quo hauriret aquam
Cũq; perueniſſet ad puteũ contriſtatus eſt ualde quia longe erat cel
la eorum. quid ageret quo ſe uerteret neſciebat. dubitabat enĩ ad cellã
reuerti. Tunc anxius nimis proſtrauit ſe in orõnem cum lacrimis di
cens. Dn̄e miſerẽ michi ſcd̃m magnã miſericordiam tuã qui feciſti celum
et terram mare et om̃ia que in eis ſunt. qui feciſti mirabilia magna
ſolus miſerẽ mei ꝓpter ſeruũ tuũ qui miſit me. Et cũ ſurrexiſſet de
oratione exclamauit dicens. O putee putee miſit me ſeruus xp̃i Ab
bas meus ut hauriã aquam. Statim autẽ aſcendit aqua ſurſũ uſq;
ad os putei. Et cũ impleſſet lagenã ſuam fr̃ abſceſſit. glorificãs po
tenciã dn̄i Saluatoris. aqua autẽ putei reuerſa eſt ad locũ ſuum.
FVit quidam frater in monaſterio nomine Eulalius. nimis
gracia humilitatis ornatus. Siquidẽ igitur ut ſolet culpa
bile aliquid admiſiſſent negligenciores fratres excuſantes culpas
ſuas ſupradictũ fratrẽ aſſerebant eſſe culpabilẽ. Cumq; argueret
a ſenioribus fratribus non negabat ſed pſternebat ſe in terram. et
adorans eos dicebat ſe peccaſſe et negligenter feciſſe. Cũ autem
iterũ et frequenter accuſarent eũ. et ſecundũ regulã monaſterii
biduana ac triduana ieiunia ei indicerent. illa om̃ia pacient̃
tollerabat. Ignorãtes autẽ fratres quia hec om̃ia pro humilita
tis uirtute patienter ſuſtineret. cõuenientes pariter maxĩe ſen

ores fratres ad patrē monasterij dixerūt ei. Considera pater quod fa-
ciendū est. q̄ diu enī possum⁹ sustinere negligencias et dampna q̄
frater Eulalius facit in monasterio. Iam pene omnia uasa et ut-
silia monasterij confracta sunt et exterminata per negligenciam
eius. quomō ergo iste talis tollerandus est. Respondens qꝫ pater
monasterij ait. Interī paucos dies sustineam⁹ fratrē et postea ordina-
bitur de eo quod competit fieri. Hec dicens dimisit fratres. Ingres-
sus uero cellulā prostrauit se in oracionē obsecrans misēdiaꝫ dn̄i ut
ei manifestare dignaretur quid ordinare aut diffinire posset de sepe
dicto fratre. Tunc reuelatū est ei quid ageret. Cōuocauit ergo omnes
fratres. Abbas dixitqꝫ eis. credite michi fratres quia magis opto
mattulā fratris Eulalij cū humilitate ac paciencia eius q̄ omnia
opa eoꝝ dumtaxat qui murmurantes in cordib; suis opantur in
monasterio. Ut autē ostendat uobis dn̄s quale meritū apud deum
habet hic ip̄e frater. precipio uobis ut deferantur michi mattule
omniū fratrū. Quas cū detulissent iussit ut accenderent ignē et mi-
sit in eum omniū fratrū mattulas. que statim omnes combuste s
preter mattulā fratris Eulalij que integra repta est et non est com-
busta. Cūqꝫ hoc uidissent fratres omnes timuerūt ualde. et pros-
nētes se in terram ueniam et indulgenciā a xp̄o dn̄o postulabant
et collaudantes admirabantur nimis pacienciā et humilitatē fra-
tris Eulalij. Deniqꝫ ex eo honorabant et magnificabant eū tanq̄
unū de magnis patrib;. Istos autem honores et laudes nō poterat
sustinē frater Eulalius dicens. Ve michi infelici quia pdidi humili-
tatē meam quā per tanta tempa acquirē auxiliante et adiuuāte
me xp̄o dn̄o festinaui. Consurgens itaqꝫ noctu egressus de monas-
terio fugit in heremū ubi nullus eum agnosceret. et ibi in spelunca
habitauit. Noluit enī temporales hominū laudes. sed celestē eternā-
qꝫ gloriā a Saluatore nr̄o xp̄o in futuro pcipe seculo

BEati Abbatis Anastasij laudabilē humilitatē et paciencie
uirtutē oportet ut cognoscatis. quatin⁹ admirabilē mag-
nanimitatē et tranquillitatem animi eius considerantes imitē

exempla. Hic itaq; Abbas Anastasius habebat codicē in pgameniꝭ
ualde optimis scriptū qui decē et octo ualebat solidos. Totū enī uetus
et nouū testamentū scriptū habebat. Cum autē quidā frater uenis-
set ad eū uisitandi gracia. uidit in cellula eius codicē ipm̄ et concu
piuit. furatus q; est eum et abiit. Sup̄memoratus autem Abbas
Anastasius cū requisisset eadem die ad legendū codicē suū et nō inue
nisset intellexit quia frater ille furatus eēt eum et noluit mittē post
ipm̄ nec requirē eum ne post furtū eciam et piuria adderent. Descē
dens autē frater ille in eam que in proximo erat ciuitatē uoluit dis
trahere codicē illū. petebat autē in p̄cio eius solidos decē et sex. Dixit
ei ille qui eū emē uolebat. Da michi codicē ut possim probare si tan
tū preciū ualet. Dedit ergo ei codicē ut probaret eum. Statim autē
frater ille cū ipō codice perrexit ad sanctum Anastasiū et rogabat eū
dicens. Iube considerare pater codicē istū et estimare eum si ualet so
lidos sedecim quia tantū precii petit qui distrahit eum. Dixit autem
Abbas Anastasius quia bonus est codex et ualet tantū preciū. Re
uersus autem qui emere uolebat dixit distrahenti. Ecce accipe pre
tiū quia ostendi codicē Abbati Anastasio et dixit michi quia bon9
est codex et ualet tantū. Interrogauit autē eum frater ille si nichil
beatus Anastasius dixisset aliud. Cui respondit ille et ait. crede michi
quia penitus nichil michi aliud dixit. Hec cū audisset frater ille dix
it ei. Quia iam recogitaui frater. et nolo distrahere codicem meum.
Compunctus enī corde festinanter perrexit ad Abbatē Anastasium
et p̄strauit se in terram ad pedes eius et precabatur eū fletu et la
crimis petendo ut reciperet codicē suū. sed non adquiescebat ei
Abbas dicens. Vade cū pace frater. ecce iam cū uoluntate mea ha
beto ipm̄ codicem. Ille autē p̄sistebat cum lacrimis petendo ad
eum dicens. Quia si non susceperis codicē dn̄e pater nullomodo
requiescit anima mea. Post hec ille recepit codicē suū. Nam fr̄ ille p
mansit apud beatū Anastasiū in cellula ei9 usq; in exitū uite sue.
Fuit quidam heremita sīor nomīe de antiquis patribus
quē beatus Anthonius adolescentē in sancto p̄posito mo

nachoꝝ inſtruxit. Demoratus eſt autē apud beatū Anthonium
annos paucos. Cumq; uiginti et quinq; eſſet annoꝝ. abiit ad alium
deſertū heremi locū ut ſolitarius habitaret. hoc etiā uolente et con
ſenciente beato Anthonio. Dixitq; ei ſanctus Anthonius. Vade Pior
et habita ubi uolueris. et cū tibi per aliquā racōnabilē occaſionē re
uelauerit dn̄s. uenies ad me. Cum autē ꝑueniſſet hic ipē Pior ad lo
cū qui ſitus eſt inter Nitriam et heremū Scithie. effodit puteū cogi
tans apud ſemetipm̄. qm̄ qualemcūq; aquā īuenero oportet me ipā
contentū eē. Quod et factū eſt ad augmentū eius talis occaſio. Tanta
enī ſalſa et amara īuenta eſt aqua. ut ſi quis ad eū uiſitandi gracia
ueniret. in ꝓprio uaſculo ſibi aquā portaret. Demoratus eſt ergo in
eodem loco annis triginta. Dicebant ergo ei fratres ut recederet de
loco ipō ꝓpter amaritudinē aque. Ipē autē dixit eis. Si amaritudinē
et laborē abſtinentie fugiamus et uelim⁹ requiē in hoc mūdo habē
poſt exitū uite hui⁹ non ꝑcipiemus illa eterna et uere dulcia bona
nec fruemur illis ꝑpetuis beati Paradyſi deliciis. Dicebant ergo fra
quia unū tantū paximaciū et quinq; oliuas in cibo accipiebat et ho
deambulando foras. Eciam et hoc affirmabant de eo multi ſancto
patrū. quia triginta et amplius annis ex quo egreſſus eſt de domo
parentū ſuoꝝ. nūq̄ eis uiſus eſt. eciam cū defunctos audiſſet paren
tes ſuos ut ꝑgeret ad requirendū ſeu uiſitandū ꝓpinquos ſuos. Ve
ruptamen ſoror eius cū eēt uidua habens duos filios iam adoleſce
tulos miſit eos in heremū ad requirendū fratrem ſuū Pior. Qui cū
diuerſa monaſteria circuiſſent requirentes eū. uix tandē īuenientes
illū dixerūt ei. Nos filii ſororis tue ſumus que nimio deſiderio opta
te uidere ante exitū ſuū. Ipē uero non adquieuit peticioni eorum.
Dixerunt autē adoleſcentes ad hominē dei beatū Anthoniū indi
cantes ei pro qua cauſa ueniſſent. Miſit autē beatus Anthonius
et uocauit eū ad ſe. dixitq; ei. Quare frater tanto tempe nō ueniſ
ad me. Qui reſpondens dixit ei. Precepiſti michi b'iſſime pat'. ut
cū per aliquā occaſionē reuelaret michi dn̄s tunc uenirem ad te.
Et ecce uſq; hactenus non michi reuelatū eſt. Dicit ei btūs. Antho

nius Vade ut uideat te soror tua. Tunc assumpsit secũ aliũ mo
nachũ et preiuit ad locũ domus sororis sue. et stans foris ꝓpe ia
nuã atrii clausis oculis ut non uideret sororẽ suam stetit. Illa au
tẽ ueniens ꝓiecit se ad pedes eius. De nimio autẽ gaudio angus
tiata est. Dicit ei beatus Pior. Ecce ego sum Pior frater tuus. Vide
ergo me quantũ uolueris. Et post hoc statĩ reuersus est ad heremũ
in cellulã suam. Hoc autẽ fecit ad erudiendũ monachos ut non daret
eis licentia cũ libitũ fuit eis uisitare parẽtes uel ꝓpinquos suos

Etiam Abbas Johannes qui cõmanebat in monte qui uoca
tur Chalanus habebat sororẽ que ex infantia in sancto ꝓpo
sito cõuersabat. Ipsa enĩ erudiuit et docuit fratrẽ suũ eundẽ Abbatẽ
Johannẽ ut relinqueret uanitates seculi hui9 et ingredẽtur in mo
nasteriũ. Cũ autẽ ingressus fuisset in monasteriũ per uiginti et
quatuor ãnos non est egressus de monasterio nec uisitauit sororẽ
suam. Illa uero nimis desiderabat uidere eũ. nam et frequẽter scribe
bat et mittebat ad eũ epistolas. petebatq; ut ante exitũ eius de hoc
corpore ueniret ad eam ut in caritate xp̃i de p̃ntia sua letarent᷑. Ille
autẽ excusabat se. nolebatq; de monasterio egredi. Venerabilis autem
famula dei soror eius iterũ scripsit ad eũ dicens. quia si nolueris ueni
re ad me necesse est ut ego ueniam ad te. ut post tanta tempa ado
rare merear sanctã caritatẽ tuam. Hec autẽ cum audisset supradic
tus Abbas Johãnes contristatus est nimis et cogitabat apud semet
ipm̃ dicens. Quoniã si p̃misero ut ad me ueniat soror mea. de cetero
licentia dabitur ut et alii parentes ac ꝓpinqui nr̃i ueniãt ad uisi
tandũ me. Ideoq; tractauit apud se ut magis ipẽ pergeret et uisita
ret sororẽ suam. Accepit etiam alios secũ duos fratres de monasterio.
Et cũ uenissent ad ianuã monasterii sororis sue clamauit dicẽs. Bene
dicite et audite peregrinos. Egressa est autẽ soror eius cũ alia famu
la dei et aperuit ianuã. et penitus non cognouit fratrẽ suũ. Ipse au
tẽ cognouit sororẽ suam. sed non est locutus uerbũ ne forte in uoce
cognosceret eũ. Monachi qui cũ ipo erant dixerũt ad eam. Rogam9
te dña mater ut iubeas nobis aquam dare ad bibendũ. qui de itinẽ

fatigati ſumus. Cum autẽ accepiſſent et bibiſſent aquã facien
tes orõnem et gracias agentes deo diſceſſerũt et reuerſi ſunt ad
monaſteriũ ſuum. Poſt aliquantos autem dies iterũ ſcripſit ad
eum ſoror ſua ut ueniret et uideret eũ ante exitũ ſuũ et oracionẽ
faceret in monaſteriolo eius. Tunc ille reſcripſit ad eam. et direx
it epiſtolam per monachũ de monaſterio ſuo dicens. Quia preſtan
te grã xpi ego ueni ad te et nullus me cognouit. Ipã uero egreſſa
es ad nos et dediſti nobis aquã. et accepi de manib; tuis et bibi et
gracias agens dño reuerſus ſum in monaſteriũ. Sufficiat ergo ti
bi quia uidiſti me ergo ulterius non michi ſis moleſta. ſed ora pro
me inceſſanter ad dñm nrm. ¶ Sed et alius quidam monachus
abijt ad ſororẽ ſuam ut uiſitaret eam. audierat enĩ eam egrotan
tem in monaſterio. Erat enĩ ipã famula dei nominata in ſancta
conũſacione. Itaq; non adquieuit illa ſuſcipere et uidere fratrẽ ſui
ut non per occaſionẽ eius ingrederet̃ in monaſteriũ feminarum. ſed
mandauit ei dicens. Vade dñe frater et ora pro me. preſtante enĩ gra
cia dei et Saluatoris nrĩ. uidebo te in futõ ſclõ et regno dni nrĩ. Ihũ
Etiam de beato Theodoro oportet nos exempla uirtutũ p
ferre. Hic itaq; beatus Theodorus diſcipulus fuit ſancti pa
chomij uiri de ſanctis patribus. qui fuit pater infinite multitudinis
monachorum. multorumq; monaſteriorũ pater in ptib; Thebaide. Cũ enim
in omnibus ſanctitatis fulgeret uirtutib; etiam ꝓphecie graciã a dño
meruit. multa enĩ futura reuelauit ei dñs. Quodam autẽ tempore
ſupradicti beati Theodori ſoror germana uenit ad monaſteriũ ubi
conũſabatur idem Theodorus. ut poſt multa tempora uideret germa
nũ ſuũ. Cumq; nũciaſſent ei de aduentu ſororis eius. miſit continuo
duos monachos qui obſeruabant ad ianuã monaſterij. mandauit
q; per eos ſorori ſue dicens. Ecce ſoror audiſti et cognouiſti quia uiuo
ne contriſteris autẽ quia minime me uidiſti. ſed magis conſidera uani
tem et inſtabilitatẽ p̃ntis mũdi et conuerte cor tuũ apprehendens
ſancte uite conũſacionẽ ut peruenire poſſis ad eternã uitam et ad ce
leſtia bona que ꝑparauit diligentibus ſe dñs et facientib; mãdata eius

Tracta ergo apud te quia hec sola est uera et firma spes ut faciat homo precepta dei ut mereatur peruenire ad gloriosa et eterna promissa domini saluatoris nostri Christi. Hec autem cum audisset illa statim compuncta est corde et lacrimas fundebat in conspectu domini. Et post paululum ingressa est in monasterium uirginum famularum dei quod in eodem uico constructum erat. Et procedenti tempore multiplicabatur in sancto proposito famula Christi. Hec ita gesta cum audisset mater eorum deprecata est episcopos et dederunt ei epistolas ad supradictum sanctum Pachomium patrem monasteriorum pro filio eius. Cumque uenisset applicuit in monasterio famularum dei et direxit epistolas ad patrem monasterii obsecrans ut uideret filium suum. Beatus autem Pachomius uocauit filium eius Theodorum et dixit ei. Audiui fili quia mater tua aduenit propter te. Itaque propter epistolas episcoporum qui scripserunt ad me uade et uideat te mater tua. Dicit ei Theodorus. Precepisti michi domine ut uideam matrem meam. Si ergo abiero uidere eam post tantam scienciam spiritalem uereor ne culpabilis inueniar apud deum. etenim oportebat me fortitudinem animi mei ad exemplum aliorum fratrum demonstrare. Audiens autem mater eius quia non adquieuit uidere eam nimio affectu feruens in filio noluit remeare ad domum suam sed permansit in monasterio uirginum dicens quoniam si hic permansero eciam sepe uidebo filium meum cum inter alios fratres egredietur ad necessarias monasterii causas et monitis et exhortacione eius proficere possum in sancta conuersacione doctrinaque eius spiritalis confirmabit cor meum ut merear peruenire ad eternam requiem. quam promisit dominus noster Ihesus Christus diligentibus se. Multa autem et magnifica per sanctum Pachomium fecit dominus mirabilia. Nam et a demonibus obsessos frequenter inuocato Christi domini nomine curauit. Multis eciam diuersas egritudines sustinentibus et paraliticis oracionibus eius misertus est dominus. Et multo tempore beatus abbas Pachomius circa inmundissimos demones certamen bonum certauit sicut athleta ueritatis tamquam et beatus Anthonius. Denique intentissimis precibus exorauit dominum ut sompnum non caperet per aliquod tempus quatinus noctibus ac diebus peruigil permaneret contra aduersarios demones dimicando.

donec proſterneret et ſuperaret eos · ſicut dicit in pſ · et non con
uertar donec deficiant · Preſtitit ergo et conceſſit ei dn̄s petitionem
eius · Impaſſibiles enī ſunt demones et imbecilles · cū quis noſtri
ex tota fide et ex tota intentione cordis feruēte ſancto deſiderio et ad
iuuante nos uirtute Saluatoris nr̄i xp̄i contendit contra eos ·
Referebant autē nobis fratres de eodem beatiſſimo patre Pacho
mio qui fuit ut diximus multoꝝ monaſterioꝝ in regione Thebe
nenſioꝝ ꝑpoſitus · Referebant ergo de eo q̄m frequenter dicebat
fratribus · quia ſicut michi teſtis eſt dn̄s deus ſepe audiui īmūdos ſpi
ritus demonū loquētes inter ſe diuerſas ac uarias artes ſuas quas
contra deo ſeruientes maximeq; contra monachos habent · Quidam
enim ex his dicebat · q̄m ad duriſſimū hominē habeo cauſam · qui
quotiens ei īmitto ꝑuerſas cogitationes · ille ſtatim ſurgit et pro
ſternit ſe in orōne cum gemitu orans adeē ſibi diuinū auxilium
ego autē minime illo exurgente cū grandi confuſione egredior · Et
alius demon dicebat · Ergo ad illū quem obſeruo cū ei cogitationes
in corde īmiſero conſentit et ſuſcipit et facit eas · Sepe enim eum [illegible]
cere eum in iracundiam facio et in contentiones rixe et pigritiam
in orōne et dormitationē in pſalmodia et non contradicit michi
Ideoq; fratres mei dilectiſſimi ſemper oportet ut cuſtodiatis ſenſus
et animū urm̄ inuocantes nomen dn̄i nr̄i IHV xp̄i · et ſcd̄m preceptum
dei conuerſamini tam in orōnib; q̄ꝫ et pſalmodia ſicut dicit Apl̄s · inſtan
tes orōni et uigilantes in ea · Ideoq; cum cōpunctione et timore cor
dis uigilantibus non ꝑualebunt nocere uos aduerſarii et īmūdiſ
ſimi demones · Ipſe autem beatus pater nr̄ Pachomius docebat
fratres ut ſemper memores eſſent uerbi dei in ſalute aīarū ſuarum
Poſtmodum uero diſcedebant unuſquiſq; fratrū in cellulas ſuas
oꝑantes manibus ſuis et meditantes que de ſanctis ſcripturis di
cerant · Impoſſibile enī eſt aliquē apud eos uerbū otioſum loqui ſed
ea tantū que de ſanctis ſcripturis didicerant erant inter ſe confer
tes et exponentes de capitulis ſcāꝝ ſcripturaꝝ que ad timorē dn̄i
confirmarent et illuminarent animas eoꝝ ·

FVit quidam uir magnus de sanctis senioribꝰ cui talē gra
tiam donauerat xp̄us reuelante ei spiritu sancto ut uideret
posset quod alii non uidebant. Referebat ergo sanctis p̄rib; dicens
Quia aliquando q̄ plurimi fratres sedentes simul loquebantur
inter se et conferebant de sanctis scripturis que ad salutē ptine
rent aīarum. Stabant autem circa eos sancti angeli letantes in hi
lari uultu considerantes. delectabantur enī de eloquio dn̄i. Cū autē
aliud quodcūque inter se loquerentur statim angeli sancti recedebāt
longius indignantes contra eos. ueniebant autē porci sordidissi
mi et morbo pleni et uolutabant se inter eos. demones enī in
specie porcorum delectabantur superflua et uana loquela eorum. Beatus
autem senior hec uidens abiit ad cellulā suam et per totā noctem
cum grandi fletu et ululatu gemendo deflebat miserias nr̄as. Exhor
tabatur ergo sanctos p̄res per monasteria et cōmonebat f̄res dicēs
Cohibete fratres a multiloquio et ab otiosis sermonibꝰ linguā. quia
malū interitū anime uaniloquia generant. et non intelligimus
qm̄ per hec et deo et sanctis angelis odibiles sumus. Dicit enī scrip
tura. Per multiloquiū non effugies pc̄m. Hec enī infirmā et ua
cuam efficiunt mentem atque animā nr̄am.

FVit quidam uir in palatio sublimis sub Theodosio Imperato
re nomine Arsenius. cuius filios idest Archadiū et Hono
riū Augustos de baptismo suscepit. Hic itaque Arsenius desiderio
diuini amoris accensus relinquens omnē huiꝰ seculi gloriā t̄palē
perrexit ad heremū Scithie ut inter sanctos patres secretam et qui
etā ab omni strepitu mūdi huius ageret uitam. ut separatus ab ille
cebris et delectatōibus corporalibꝰ cum tota mentis intentione adhe
reret dn̄o Saluatori sicut scriptū est. Adhesit anima mea post
te me autē suscepit dextera tua. Dicebant ergo de eo sancti senio
res quia sicut cum in seculi conuersatione ēēt nimis p̄ciosis uestimē
tis pre omnibus utebatur. ita postmodū in heremo Scithie degēs
studebat ut ab omnibꝰ monachis uiliora et despectiora uestimenta
haberet. Dicebat autē Abbas Daniel qm̄ sanctus Arsenius re

ferebat fratribus dicens quaſi de alio audiſſet. Sed quantũ datur in
telligi ipſe talem uidit uiſionem. Quia ſedebat inquit quidam de ſeni
oribus monachis in cellula ſua. et ſubito uenit uox ad eum dicẽs. Egre
dere foras et oſtendam tibi opa hominũ. Et ſurrexit inquit et egreſſ
eſt foras. Duxit autẽ eum et oſtendit ei ethiopem nigrũ cũ ſecum ceden
tem ligna et facientẽ grandem ſarcinã. et temptabat ſubleuare ſarci
nam illam et pre magnitudine non poterat portare eam. ſed redibat
et cedebat iterũ alia ligna et addebat ſuper illam ſarcinam. Iterũ autẽ
oſtendit ei aliũ hoiem ſtantẽ ſuper lacũ et haurientẽ aquã de lacu et
mittentẽ eam in collectaculũ et de alia parte per foramina defluebat
aqua deſubtus in eodem loco. Iterũ dixit ei. Veni ſequẽ me et oſtendam
tibi aliud. Et uidit quaſi quoddam edificiũ templi et duos ſedentes in
equis portantes ſuper ſcapulas ſuas utrimq; lignũ vnũ id eſt ꝑticã
longam uolentesq; pariter ingredi per portã templi illius non per
mittebat eos lignũ quod ex aduerſo portabant ingredi per portã illam.
Non enĩ ſe humiliabat alter alteri. ſed contendebant utriq; pariter i
gredi uolentes et non ꝑualebant. nec enĩ humiliauit ſe vnus ex eis
ut alii daret locũ. Expoſuit ergo ei has uiſiones dicens. Hii qui lign
portabant. hii ſunt qui habent iugũ ſanctũ monachoꝝ. ſed iuſtifica
tes ſemetipſos in corde ſuo cũ exultatione ſupbie non humiliant inui
cem. Noluerunt enim ambulare in humilitatis uia dñi Saluatoris
nr̃i IHV xpi qui dixit. Diſcite a me quia mitis ſum et humilis corde
et inuenietis requiem aĩabus vr̃is. ideoq; ꝓpter ſupbiam cordis ſui re
manſerunt foris de regno Regis celoꝝ xpi excluſi. Qui autẽ cedebat
ligna. et ſuper ſarcinam adhuc addebat. homo eſt qui oneratus eſt i
multis pctis. et ſuper ſarcinam pctoꝝ ſuoꝝ addit ſemper alia pctã
quẽ oportebat magis ut penitenciam ageret de priorib; pctis. ſed
negligens emendare uicia pctoꝝ prioꝝ. magis et alia addit ſup
priora pctã. Ille autem qui aquam de lacu hauriebat homo eſt qui
aliqua bona opatur. ſed quia mala etiam amplius per pctã opatur
ideo pereũt et delentur etiam bona opa que fecit. Oportet ergo hoiem
ſicut dicit. Apl's cũ timore et tremore ſalutẽ ſuam opari. Dicebat

autem Abbas Daniel de Abbate Arsenio. quia cū oparetur spor
tas ex palmarū foliis mittebat aquā in pelui ut infunderentur pal
me. et cū feteret limosa aqua odore non pmittebat ut aliā aquā
mutarent. sed super illam fetidam aliā addebat aquam ut semp fetēt
Interrogabant autem eum fratres dicentes. Cur non pmittis pater ut
aqua mutetur sed pessimo fetore tota cellula tua repletur? Respondēs
autē beatus senior ait. Qm̄ pro thimiamate et musica et illa dūsa
que in sclari conūsatione sine ītermissione fruebar. oportet me nunc
dum in hoc corpe sum sustinere istiusmodi fetorem pro suauissimo
illo odore. ut in die iudicii de illo gehenne īenarrabili fetore liberet
me dn̄s. ut non cū illo diuite qui epulabatur in isto mūdo delitiose
et splendide condempnetur anima mea. Quidam de fratribꝫ dixit
beato Arsenio. Ecce beatissime pater. meditari festino de scripturis
sanctis que didici. et non sencio compunctionē in corde meo quoni
am non intelligo uirtutē scripture diuine. vnde contristatur ualde
anima mea. Respondens autem beatus Arsenius ait. Oportet te
o fili incessanter meditari eloquia dn̄i. Audiui enī quia dixit beatꝰ
Abbas Pemen et alii multi scōrꝫ patrū qm̄ incantatores illi qui
serpentes solent incantare non intelligunt ipī uerba illa que loquū
tur. sed serpentes audientes intelligunt uirtutē uerborꝫ illorꝫ et cō
quiescunt et subduntur eis. Ita ergo et nos faciamus. q̄uis enī nō
ualeamus nos intelligere diuinarū scripturarꝫ uirtutē. tamē demo
nes audientes diuini uerbi uirtutē terrentur. et effugati discedunt
a nobis non sustinentes eloquia spūs sancti que per seruos suos pro
phetas et Aplos est locutus

Quodam autem tempore cū in uicinio beati Macharii ho
micidium fuisset ꝑpetratū et cuidam īnocenti homini ipm
fieretur crimē admissum. surgens ille qui calūpniam patiebatur
fugit ad cellam sancti Macharii et cetera ut supra vsqꝫ ut saluet aīa eius.
Alio itidem tempe cum sancto Machario quidam frater uuā detu
lisset. ipē autē qui scdm caritatem non que sua sunt. sed que alteri
us cogitaret. et cetera. vsqꝫ exercicia extendit.

Illud eciam ad fidem confirmatū nobis de eo est ab his qui ex ore eius
audierunt. q quodam tpe noctis in specie monachi demon ad ostiū
cellule eius pulsauerit dicens Surge Abba Machari et eamus ad
collectam ubi frēs ad uigilias colliguntur et cetera usque sup fluū recipit.
Quidam frater requisiuit Abbatē Sysoiū quēadmodū in cel
la ppria degere deberet. Cui ille respondens dixit. Comede panem
tuū cum aqua et sale et non tibi erit necessitas aliquid excoquē
di aut longius euagandi. Requisitus Abba Pemen quem
admodū oporteat ieiunare. respondit. Ego uolo monachū coti
tidie parū comedentē ut non sacietur. nam biduana et triduana
ieiunia uane glorie uacant. Hec enī omīa examinauerūt sanc
ti patres et īuenerūt quia bonū est cotidie ieiunare et parū cō
dere ut possit et cotidie esurire. Hanc enī uiam regiam leuē no
bis ēē demonstrauerunt. Abbas Siluanus dū cum disci
pulo suo Zacharia ad quoddam monasteriū puenisset. fecerunt
eos monachi anteqꝫ egrederentur parū comedere. postqꝫ ergo egres
si sunt īuenit discipulus eius aquā et uolebat bibere. Cui Abbas
Siluanus ait. Zacharia hodie ieiuniū est. At ille dixit. Nunquid
hodie non comedimus pater. Et dixit ei senex. Illa esca caritatis
rat fili. nos autē nrm ieiuniū teneamus. Quidam de fratribus
in Ranesso ad Abbatem Joseph puenerūt ut eum requirerēt de sus
cepcōe fratrū. si liceret illo tempe uel fiduciam cum his habē uel
leticiam. At ille anteqꝫ requireret eum dixit discipulo suo. Quod
facturus sum hodie fili ne mireris. Et posuit duo sedilia illis qui
uenerant et dixit eis. Sedete unus a dextris et alter a sinistris. et in
gressus in cellulam suam misit sibi uestimēta corrupta et egressus
transiit in medio illorum. et iterū ingressus misit alia meliora que
solebat die festo uti et egressus est postea ad eos. Iterū autē ingressus
cotidianū uestimentū suū uestitus uenit et sedit inter eos. Illi autem
mirati sunt et obstupuerūt pter hoc factū. Dixit eis senex Vidis
tis quid feci. Cum autē illi ānuissent dixit eis. Et quid feci. Et
dicunt ei. Primū uestimenta corrupta usus es et postea alia me

hora. Et dicit eis: Aliquid mutatus ſum ex illo inhoneſto aut ex illo meliori? Dicunt ei: Non. Quibus ſenex ait: Si ergo idem ego ſum in utriſque et non ſum mutatus. Sicut illud non me nocuit primum ita nec ſecundum mutauit. Sic ergo debemus facere in occurſione fratrum ut quando eorum preſencia eſt cum fiducia et leticia ſuſcipiamus eos et quando autem ſoli ſumus opus eſt ut luctus et abſtinencia permaneat in nobis. Illi uero audientes que in cordibus ſuis habebant antequam requirerent glorificauerunt deum et leti diſceſſerunt.

Dicebat unus ex patribus quia inuenitur homo multum comedens et adhuc eſuriens continet ſe ne ſacietur, alter autem parum comedit et ſaciatur. Qui autem multum comedit et adhuc eſuriens continet ſe ne ſacietur maiorem mercedem habet quam ille qui parum comedit et ſaciatur. Dixit quidam ſenex: Ne quod deſideraueris aliquando manduces. Comedens autem quod tibi a domino tranſmiſſum fuit gratias ei age ſemper ſine intermiſſione. De quodam ſene referebant fratres quia deſiderauit cucumerem. quem cum tuliſſet ſuſpendit ante oculos ſuos et ne uinceretur ex cupiditate non tetigit eum ſed magis egit penitenciam puniens ſemetipſum ob hoc ipſum quia deſideraſſet.

Quidam de ſenioribus factus eſt infirmus et per multos dies non poterat eſcam ullam percipere. Compulit autem eum diſcipulus ſuus dicens: Si iubes pater faciam tibi paruam placentem. Et ut ei faceret precepit. Erat autem ei uaſculum paruum habens mellis et aliud uas ſimile habens oleum de lini ſemine expreſſum et erat fetidum et in re nulla alia proficiebat niſi forte in lucerna. Et deceptus frater miſit in eſcam ſenis de illo ſperans quia mel miſiſſet. Cum autem guſtaſſet ſenex nichil locutus eſt ſed tacens comedit. Tercia uero uice cum ei daret dicit illi: Non poſſum comedere fili. Ille autem tamquam uolens adhortari eum dixit: Ecce Abba bona ſunt et ego comedo ex ipſis. et poſtquam guſtaſſet et ſenſit rem quam fecerat cecidit in faciem dicens: Ve michi Abba quoniam occidi te. iſtud peccatum poſuiſti ſuper me quia locutus non es. Dicit ei ſenex: fili ne contriſteris propter hoc. ſi enim uoluiſſet deus ut bonum comederem tu mel miſiſſes et non hoc quod miſiſti.

Dixit . Abba ſemen . niſi Nabuzardan princeps cocorū uenisſet
in ſhrlm templū dnī non arſiſſet in igne . Hoc autē eſt quia niſi
deſideriū caſtrimargie in animā ueniret . ſenſus hominis non ſucum
beretur impugnatione diaboli ¶ . Abbas . Macharius quociens
cūq; cum fratribꝰ facta caritate reficiebat . hoc in ꝓprio corde ſtatue
rat ut quantos uini calices oblatos hauſiſſet . tot diebus nec ipam
aquam guſtaret oīno . Cum ergo fratres uinū ei porrigerent cum
gaudio ſumebat ut ſeſe poſtea macerarer . Ad cū diſcipulus eius ui
diſſet . patefacto ſenis conſilio ne ei uinū porrigerent cōiurabat . tor
menta illi ingeri pocius ꝙ pocula manifeſtans ¶ Facta autē con
gregacōe in eccl̄ia cū eēt feſtiuitas et ceteri monachi comederēt . unꝰ
fratrū miniſtranti dicit . Quia nichil coctū comedo . ſal michi defer
ri p̄cipito . quo uerbo miniſter audito . cum clamore audientibꝰ ceteris
aliꝫ imperauit dicens . Qm̄ coctū frater ille non comedit . parū illi ſa
lis afferto . Tunc beatus Theodorus dixit ei . Oportuit te magis frater
carnes in cella tua comedere ꝙ hunc p̄ntibꝰ omībꝰ audire ſermonem

Quidam pegrinus frater uenit ad . Abbatē Siluanū in mon
tem Syna . et uidit ꝙ fratres opabantur . et dicit eis . Qui
opamini eſcam que perit . Maria enī bonam partē elegit . Tunc
ſenex dicit diſcipulo ſuo Zacharie . Da illi codicem ut legat et mitte il
lū in cellula que nichil habet . Hora autē nona circūſpiciebat uiam
frater ille ſi forte uocaret eum ſenex ad comedendū . poſtꝗ uero tranſi
it hora nona . uenit ad ſenem et dicit ei . Numquid hodie non comede
runt fratres . Abba ? Cumq; ſenex fatetur . ait ille . Quare me nō uoca
ſtis ? Tunc dixit ad eum . Abbas Siluanus . Tu homo ſpiritalis es et
non neceſſe habes hac eſca . nos autē tamqꝫ carnales opus habemus
comedere . ideo opamur . tu autē bonam partē elegiſti . Legis omni di
e et non uis carnalem eſcam accipe . Quod cū audiſſet cepit peniteri
et dicē . Indulge michi . Abba . Tunc reſpondit Siluanus . ergo neceſ
ſaria eſt Martha . Marie . propter . Marthā enī et . Maria laudatur .
¶ Abbas Iohannes dicebat fratri ſuo maiori . Vellem ſecurus eē ſicut
et angeli ſecuri ſunt nichil opantes . ſed ſemper deū tantūmō collau

dantes. Et proiecto pallio ſuo egreſſus eſt in heremū. facta q3 illic ſep
timana regreſſus eſt ad fratrē ſuum. Cum autē pulſaret oſtiū non illi
aperuit frater dicens. Tu quis es? At ille dixit. Ego ſum Johannes.
Reſpondens autē frater eius dixit. Johānes angelus factus eſt et nō
eſt iam inter homines. Ille autē rogabat eum dicens. Ego ſum. et no
luit illi oſtiū aperire uſq3quo luceſceret. Mane autē facto dicit ad eū
homo es et neceſſe habes opari ut paſcaris. Tunc ille piecit ſe ad pe
des eius et dixit Indulge michi. Abba ¶ Quidam frater impugna
batur a ſpiritu blaſphemie et erubeſcebat dicere. Et quoſcūq3 audiſſ3
magnos ſenes pgebat ad eos ut illis declararet. et cū mox pueniſſet
iterū uerecūdabatur. Cum ergo frequēter ad Abbatē Pemenē ueniret
uidit eum ſenex habentē cogitaciones et dicit ei. Ecce frequēter uēis
ad me habens cogitationes. et ſic iterū remeas triſtis tecū illas repor
tans. Dic ergo michi fili qd habes. At ille dixit. In blaſphemia īpug
nabat me diabolus et erubeſcebam dicere. Et mox ut aperuit cauſā3
leuior impugnatio eius apparuit. Et dicit ei ſenex. Ne contriſteris fili
quando enim hec ad te cogitacio uenit. dic. Ego cauſam non habeo.
blaſphemia tua ſuper te Sathana. hanc enī cauſam anima nō uolt
Quamcūq3 enī cauſa3 anima non uoluit non diu pmanebit. Et ita
ſanus frater ille diſceſſit ¶ Dixit. Abbas. Moyſes. per has quatuor
res paſſio conquiritur. per habundanciā eſce et potus. et per ſacietatem
ſompni et per ociū et iocum. et ornatis ueſtibus incedendo. ¶ Dixit
Abbas Pemen. quēadmodum Imperatoris ſpatarius ſemper illi aſtat
armatus. ita et aīam aduerſus demonē huiuſmodi oportet ēē ſemp
paratam ¶ Dixit quidam ſenex. Sicut uenenata animalia forti
ores herbe uel pigmenta expellunt. ita et cogitaciones ſordidas ora
cio cum ieiunio repellit

Abbas. Macharius dum maneret in illa ſolitudine quia ſo
lus erat. inferior autē plena eēt multis frībus. ſero per uiam conſpi
ciebat. et uidit demonem uenientem in figura hominis. ueſtitū tu
nica linea pforata et per ſingula foramina uaſcula parua pende
bant. Et dicit illi ſenex. Quo uadis magne? Et reſpondit ei. Vado

cõmoneret fratres hos qui ſunt inferius. Cui ſenex. Et ꝓpter quid tot
uaſcula tecum fers? At ille dixit. Guſtum fero fratribꝫ. et ideo tanta fe
ro ut ſi vnũ non placuit oſtendam aliud. ſi autẽ et illud diſplicuerit
porrigo aliud. et ſi fieri non poteſt niſi vnũ ex illis alicui placeat. Et
hec dicens diſceſſit. Permanſit autẽ ſenex iterũ uiam circũſpiciens uſqꝫ
quo rediret. Et cum rediret dicit ei. Salueris. At ille dixit. Quõ michi
iſtud uerbũ dicis. quia omnes michi contrarij facti ſunt et nullus me
is conſilijs adquieſcit. Et dicit ei ſenex. ergo nullũ habes amicũ? At
ille reſpondit. Vnũ habeo amicũ uel ipſe michi conſentit. et quociens
me uiderit huc atqꝫ illuc cito cõuertitur. Cumqꝫ nomen ab eo requiſiſ
ſet. reſpondit quia Theopencius dicitur. Diſcedente illo mox ſurrexit
Abbas Macharius et deſcendit ad inferiorẽ heremũ. Qđ cum fratres
audiſſent egreſſi ſunt illi in obuiam. et unuſquiſqꝫ ſperans ꝙ apud
eum maneret ꝑparauit ſe. At ille requirens cellam Theopencij ad eũ
profectus eſt. Cumqꝫ cũ gaudio illum ſuſcepiſſet et eẽnt utriqꝫ ſimul
ſoli. dicit ei ſenex. Quẽadmodũ eſt tecũ frater? At ille reſpondit. Om
nibus tuis bene eſt. Et ſenex ait. Non te impugnant cogitacões? At
ille reſpondit. Interea bene ſum. erubeſcebat enim dicere. Et dicit ei
ſenex. Ecce quot annis ſum in ſolitudine et ab omnibꝫ honoror et
hac etate cum ſim ſenex moleſtant me cogitaciones mee. Reſpondit
Theopencius. Crede Abba qm̃ et michi ſimiliter facit. Et tunc ſe
nex ſingulas cogitaciones quaſi impugnãtes ſe fingebat. uſqꝫ quo
totũ confitẽtur Theopencius. Poſt hec dicit ad eum. Quẽadmodi
ieiunas? At ille dixit. Vſqꝫ ad nonã. Cui ſenex ait. vſqꝫ ad ueſperã
ieiuna. et de Euangelio uel de alijs ſcripturis ſine ceſſacõe ſemper
aliquid meditare. et quociens tibi aliqua cogitatio ſupuenerit nũ
q̃ deorſum aſpicias. ſed ſurſum. et mox tibi dñs adiutor erit. Et ita
diſceſſit in ꝓpriam ſolitudinem. et iterũ uiam circũſpectans uidit
demonẽ redeuntẽ. et requirit eum dicens. Quo uadis? At ille ſili
modo reſpondit. fratres admonẽ. Cũ autem reuerteret. requiſiuit eũ
quẽadmodũ agerent fratres. At ille dixit. Male. qm̃ omnes agreſ
tes effecti ſunt. et qđ de omnibus peius eſt. vnus quẽ habui ami

cū obedientem michi. et ipse nescio vnde conuulsus est. et omnib; ap̄li⁹
asperior michi uisus est. et ultra non ibi accedere nisi post mul
tū tempus. Et sic dicens discessit. ¶ Quidam frater requisiuit
quendam senē dicens. Quid faciam pater quia non possum sufferre
cogitacōes. Cui senex dixit. Ego in hac causa nūq̄ impugnat⁹ sū
Scandalizatus ergo frater ipse uenit ad alterū senem et dicit ei Ecce
quid michi dixit ille senex. scandalizatus sum in ipō qm̄ super natu
ram humanā locutus est. Dixit ei ille senex secundus. Non simplicit̄
tibi dixit ille homo dei hunc sermonem. Vade ergo et age penitēciā
apud ipm̄ ut dicat tibi uirtutē uerbi hui⁹. Reuersus ergo frater ue
nit ad senem et cepit ei dicere Indulge michi. Abba quoniā insipiē
ter feci ut tibi uale non dicerē et ita egrederer. sed rogo te explana m̄
quemadmodum non es impugnatus. Dixit ei senex. Ex quo factus sū
monachus non sum saciatus neq; pane neq; aqua neq; sompno. et
hoꝝ oīm cogitacio non me pmisit habere pugnam quā tu dixisti
et egressus est iuuatus frater ab eo ¶ Interroganti iterū cuidā super
cogitacōes dixit. Abba Pemen. Monachus si uentrē suū et linguam
tenuerit. et uagitacōem non fuit sectatus. confidat quia nō moritur
sed uiuet in ppetuum ¶ Duo fratres ad Abbatē Heliā uenerunt
impugnati a cogitacōib;. et uidens eos senex q; corpulenti eēnt tanq̄
ad discipulū suum subridens ait. Vere frater erubesco pro te quia sic
enutristi corpus tuū cū certe profitearis te monachū. Pallor enī cū
humilitate et macies decus est monachi. Itē dixit quia monach⁹
edens multū et opans multū non confidat. qui autē parū edit eci
am si parū opetur. confidat et uiriliter agat

Abbas Arsenius cum sederet in campo. quedam mulier uir
go diues timens q; deum. ac ppterea Abbatis Arsenij fama
compta de romana ciuitate ut eum uidere meretur aduenit ī Alex
andriam. Que cū honorifice a Theophilo suscepta fuisset eiusdem ci
uitatis Archiep̄o. rogauit eum quatin⁹ bt̄m psuaderet Arsenium
ut eam suscipe dignaretur. Ipse igitur ad eum est profectus Ep̄us
dicens. Quedam romana mulier et dignitate et opib; et opione

ceteras antecellens uidere te ac benediti deſiderans. de tam longiqua
regione puenit· cui occurras expoſco· Sed cū non adquieuiſſet occur
rere ei Arſenius· illa cognoſcens hoc· aīalia ſua ſterne͛ precepit dicēs
Confido in deo meo quia uidebo illum nec ab hac intencōe fraudā
bor· nec enī homines uenī conſpicē quia et in nr͞a ſuperſūt ciuitat͛
ſed ꝓpham deſideraui uidere· Cum ergo ueniſſet ad cellam bti Ar
ſenij contigit ut foris illū deambulantē conſpicēt ac mox ante eꝯ
pedes in faciem prona proſternitur· Quā ille cum feſtinacōe ſuſci
tans ita compellebat dicens Si faciem meā tantū uidere deſiderꝯ
intuē· Illa uero pre uerecūdia oculos non audebat attollere· Dixit
ergo ei ſenex· Nūquid nō de meis actibus comperiſti· illos debueras
intueri· quomō ergo enauigare tantū pelagus pſumpſiſti· an ig
noraſti mulierē te eſſe· quibus quocūqꝫ non licet exire· Aut ideo
huc ueniſti ut Romaꝫ rediens alijs te feminis glorieris uidiſſe A
ſeniū· ut fiat mare puiū ad me uenienciū feminaꝝ· At illa re
ſpondens ait· Si uult deus nullam huc puenire pmittat· ſed ut
pro me ores et in memoria me habē digneris exoro· Cui Arſenius
dixit· Oro dn̄m meū ego ut deleat tuam memoriā ex corde meo·
Quo illa uerbo pcepto in ciuitatē regrediens· egritudine pre tribu
lacōe correpta eſt· Ad quam cū uiſitacōis cauſa ueniſſet Eps· et
quid ei eēt inquirēt· Illa ſermonē illius ſenis quē ultimū de me
moria ſua audierat enarrauit· ac ꝓptēa ſe uelle mori pre triſticia
confitetur· Sed Eps tali eam conſolatur alloquio· Nūquid neſcis
te eē mulierem· et quia per feminas ſolet īimicus hominē im
pugnare· ideo uultū tuū ex corde ſuo delere dixit· nam pro aīa
tua dn̄m deprecatur· Quib; uerbis auditis feīa recreata eſt·

Dicebat Abbas Moyſes· Si uoluit Imperator ciuitatē ali
quam īimicoꝝ expugnare· prius eſcam eoꝝ et aquā
interdicit· et ita īimici eius fame ac penuria cōpulſi ſubiciūt
ſe regno eius. ita paſſiones carnales ſi in ieiunio et fame uo
luis cōuincē detereſcūt· et non ſūt fortes adūſus aīam· Quis
enī ita fortis ut leo· et tamē ꝓpter uentrē ſuū intrat in cauea

et omnis uirtus eius humiliatur. ¶ Quidam iuuenis uo
lebat renunciare mundo et frequenter eum egressum reuocabant
cogitationes inuoluentes uariis negociis. erat enim diues. Uno er
go die egresso eo circumdederunt demones eum et multum pulueres
excitauerunt ante eum. Ille uero confestim dispolians se et iactans
uestimenta sua currebat nudus ad monasterium. Declarauit autem
dominus uni senum dicens. Surge et suscipe athletam meum. Exurgens
ergo senex obuiauit illi nudo. Et cognoscens causam admiratus
est et dedit illi habitum monachilem. Quando autem ueniebant fra
tres aliqui ad ipsum senem perquirentes eum de condicionibus uariis re
spondebat eis. De renunciatione autem dicebat. Hunc fratrem requiri
te quia ego ad renunciationem istius necdum perueni. ¶ Quidam fra
ter renunciauit seculo et cum dispersisset res suas pauperibus quedam
sibi retinuit in propria ratione et uenit ad abbatem Anthonium. quod
cum senex comperisset dicit ei. Si uis monachus esse uade in uicum
compara tibi carnes et impone corpori tuo nudo et sic ueni ad me.
Cum ergo hoc fecisset frater tam canes quam aues omne corpus suum
propter carnem rapiendam tam dentibus quam unguibus disruperunt. Cum
autem uenisset ad senem requisitus est si fecisset quod ei preceperat
Illo autem demonstrante corpus suum laceratum dicit ei sanctus An
thonius. Quicumque renunciant seculo et uolunt adhuc habere pecunias
sic a demonibus lacerantur. ¶ Quidam frater requisiuit senem
Vis retineam michi duos solidos propter infirmitatem corporis. Et uidens
senex cogitationem eius quod uellet retinere eos dixit. Retine. Reuersus
ergo in cellam frater cepit cum cogitationibus propriis colluctari dicens. pu
tas bene michi dixit senex an non. Exurgens ergo iterum uenit ad
senem rogans et dicens. Propter deum dic michi ueritatem quia con
turbor a cogitationibus meis propter illos duos solidos. Dicit illi senex
Quia uidi cogitationem tuam uolentem tenere eos dixi tibi ut tene
res. Nam non est bonum tenere plusquam necesse est corpori. duo ergo
solidi sunt spes tua et si contigerit ut pereant numquid deus non
cogitabit de nobis. Iacta ergo cogitationem tuam super deum quoniam

ipi cura eſt de nobis ¶ Quidam monachoꝝ Serapion tantū
Euangeliū poſſidens uendidit illud et eſurientibꝫ dedit. dignū me
morie ſermonē imitans ipm̄ inquit u̇bū uenūdari quod michi
ſemper dicebat. Vende que poſſides et da paupibus ¶ Cum qui
dam uir rogaret . Abbatem Agathonē ut pecuniam illius in ꝑpa
racione ſuſcipet. nolebat dicens. Non eſt michi neceſſe quia opa ma
nuū meaꝝ me paſcunt. Cum autem ille ꝑſiſtens diceret. vel ꝓpter
indigentes dignare ſuſcipe. reſpondit. Duplex uerecūdia eſt quia
non indigens ſuſcipio et aliena preſtans uane glorie ſubiacebo.
¶ Dicebat autem . Abbas Paulus. Si aliquas res uoluerit monachꝰ
in cella ſua habere preter has ſine quibus non pt̄ uiuere. frequēter
cogitur de cella egredi et ita a demone decipitur. Hic autē ipē Pau
lus in vna quadrageſima cū ſextario lenticule et paruo aque uaſ
culo ꝑdurauit. et vnā mattam faciens eandem texebat et retexebat
ne tantūmodo foras exiret ¶ . Abbas . Macharius cum eēt in E
gypto et regreſſus fuiſſet de cella ſua reuerſus īuenit quendam fra
trem furantem id quod in cella ſua habebat. Stetit ergo et ipē tam
q̄ꝫ peregrinus et carricauit animal cū illo cū multa requie et ꝑdux
it eum dicens. Nichil in hunc mūdum intulimꝰ. dn̄s dedit ſicut
et ipē uoluit factum eſt. benedictus dn̄s in omībus ¶ Quidā
frater ueniens ad cellam cuiuſdā magni ſenis ingrediebatur et fu
rabatur eius uictū. Cum autem uideret ſenex non illū arguebat
ſed amplius opabatur dicens. puto frater ille neceſſarius eſt. habe
bat enī grandem tribulacionē ſenex ex penuria panis. Cū autē mo
rēretur et circūdarent eum fratres. ille uidens eum fratrē qui ſolebt̄
ei furari panem ſuū dicit ei . Accede huc ad me frater. Et apprehē
dit manus eius et oſculatus eſt dicens. Gracias ago manibꝫ iſtis
fratres quia per eas arbitror me intrare in regnū celoꝝ. Ille autē
compunctus de hoc uerbo et agens penitenciā factus eſt et ipē ſtrē
nuus monachus ex actibus ſenis quos uidit ¶ . Abbas . Agatho
diſpenſabat ſemetipm̄ et omībus cum diſtrectione pollebat tā in
ope manuū ſuaꝝ q̄ꝫ ueſtimento. Talibus autē ueſtibus utebatᷣ

uit nec ſatis bona nec ſatis mala cuiq̄ apparerent
Dixit quidam ſenex. Ira per has quatuor res exurgit. p cupidi
tatem auaricie dando et accipiendo. et ſi quis ꝓpriam ſentē
ciam amans ut nec ſatis bona nec ſatis mala cuiq̄ appareat defēdat.
et ſi quis ſe uult eē honoribus dignū. et ſi quis doctorē ſe eē uelit ⁊
plus omnibus ſe ſapientem ſperans. Ira etiam per hec quatuor huā
nos ſenſus obſcurat. ſi odio habuit homo proximū ſuū. aut ſi pro
nichilo duxerit. aut ſi illi inuiderit. aut ſi detraxerit. Ideo autē paſſi
onis huius retributio quatuor modis habetur. primus eſt ex corde
ſcd̄us ex facie. tercius ex lingua. quartus ex facto. Si ergo potuit q̄s
irrogatū ita portare malū ut non ingrediatur in cor. non peruenit
uſq̄ ad faciem. Si autē uenerit in faciem cuſtodiat linguā ne loqua
tur illud. quod ſi locutus fuerit uel hoc cuſtodiat ne reddat in facto
ſed mox incidat. Tres enī gradus ſunt hominū in paſſione ire. Nā
qui uoluntarie nocetur aut iniuriatur et parcit proximo ſuo. hic ſcd̄m
naturā xp̄i eſt. Qui autem nec ledit nec ledi uult. hic ſcd̄m naturam
Adam eſt. Qui uero nocet aut iniuriatur aut calūpniam ingerit ⁊
aut uſuras exigit. hic ſcd̄m diabolum eſt ¶ Quidam ex fratribꝫ
paſſus ab alio iniuriā uenit ad Abbatē Siſoiū. et contumelie illi ge
nus exponens addebat. Cupio me pater uindicare. Senex autem
rogabat eum ut relinqueret deo uindictam. At ille dixit. non deſiſ
tam niſi fortiter me uindicauero. Cui ſenex ait. Quatinus hoc ſe
mel in animo tuo ſtatuiſti. uel oremus. Exurgens autē ſenex his ⁊
uerbis cepit orare. Deus iam non es nobis neceſſarius ut pro nobis
ſis ſollicitus quia noſipſi ſicut iſte frater dicit et uolumꝰ et poſſumꝰ
nos uindicare. Quod cum ille frater audiſſet. ante pedes ſenis effuſꝰ
ueniam poſtulabat. ꝓmittens ſe cum illo cui iraſcebatur nūq̄ dein
ceps certaturū ¶ Quidam frater dum ab altero iniuriaretur uenit
et renūciauit ſeni. Cui ille reſpondit. Satis fac cogitationi tue. qm̄
frater non te uult iniuriari. ſed pcc̄a tua. Nam in omni tēptacione
que tibi contingit per hominē. ne arguas eum. niſi tantū dic.
quia ꝓpter peccata mea contingunt michi hec ¶ Dicebat frequē

ter. Abba Pemen. Malicia nūq̄ᵗ te exuperet. Si quis tibi malum
fecerit tu illi bonū redde ut per bonitatem uincas maliciam.
¶ Quidam frater q̄ntū plus eum aliquis īiuriabatur aut irridebat
tanto magis ille currebat dicens. Iſti ſunt qui nobis occaſionē pre
bent ad profectū nr̄m. Qui autē beatificant nos conturbant aīas
nr̄as Scriptū eſt enī. q̄m hij qui beatificant uos ipi decipiūt vos.
¶ Alter ſenex ſi quis detraxiſſet ei ille feſtinabat ſi uicinus ei erat
per ſeipm̄ bene illū remunerare. qđ ſi longius manebat tranſmit
tebat ei munera ¶ Quidam frater interrogabat Abbatē Siſoiū
dicens. Si latrones aut barbari ſuper me irruerint occidē me uolē
tes. et ego ſi p̄ualere potuero iubes occidam eos. Cui reſpondit.
Ne facias omīno ſed totū te deo cōmitte. quicqđ enim tibi aduerſi
contigerit ꝯfitere hoc tibi ꝑpter tua uenire peccata. Diuine enī diſ
penſacioni totū te debes aſſcribere. ¶ Erat quidam heremita niᵍ
nus in monte qui dicitur Athilbeus. et uenerunt ſuper eum latᵒ
nes. Cum autē ille uocem feciſſet de uicinis locis fratres alij cōcur
rentes et confluentes comprehenderunt eos. quos tranſmiſſos in
ciuitatem iudex miſit in carcerē. Fratres ergo illi meſti facti ſunt
quia ꝑpter ipos latrones traditi eēnt iudici. Et uenientes ad Ab
batē Pemenē renūciauerūt ei factum. Qui ſcripſit ad heremitā
dicens. Reminiſcere p̄mā prodicionē unde facta eſt. et tūc ſcđam
uidebis ꝑdicionē. Niſi enī proditus fuiſſes ab interioribus tuis
ſcđam prodicionē nūq̄ᵗ ꝑpetraſſes. Quo ille ſermone cū cōpunctᵘˢ
eſſet in omni illa regione noīatus et per multū tempus de cella
ſua non exiens. ſurrexit ſtatim et uenit in ciuitatem et excuciēs
latrones de carcere publice liberauit eos a tormentis ¶ Cuiuſ
dam philoſophi diſcipulus peccauit. Et dum ſibi peteret indulge
ri dicit ei philoſophus. Non tibi indulgeo niſi in tribus āniś por
taueris onera aliorū. Qui rurſus poſt tres annos cū iam peccato
ſatiſfeciſſet. dicit ei phš. nec nūc adhuc tibi indulgeo niſi alijs tri
bus annis dederis mercedem his qui te īiurijs et cōuicijs afflic
gant. Qđ eciam cū ille compleſſet. remiſſo pcc̄o eius. dicit ei ma

giſter ſuus. Veni modo et ingredere Athemenſiũ ciuitatem ut il
lic sapientiam poſſis diſcere. Erat autem illic quidã ſenex ſapiẽ
cie ſtudioſus et ſedebat ad portam omnes qꝫ ingredientes experiendi
cauſa conuiciis affligebat. Que cũ eidem iuuenem illuc ingredienti
faceret ille exorto cachiño riſit. Cui ſenex dixit. Quid eſt hoc quod
agis? ego te iniurio et tu rides? Cui iuuenis ait. Et non uis ut ride
am cum tribus annis mercedem dederim ut hoc paterer quod ho
die gratis accepi? Tunc ſenex dicit ei. Ingredere ergo ciuitatẽ q̃a
dignus es. Hoc autem ſolebat Abbas Johannes referre. et his
uerbis ipſe addebat dicens. Hec eſt porta dei per quam patres nri
per multas iniurias et tribulaciones gaudentes ingreſſi ſunt ciui
tatem dei. ¶ Quidã requiſiuit ſenem dicens. Dic michi pater
unã rem quam cuſtodiam et ſaluer per ipſam. Reſpondit ei ſenex
Si potueris iniuriari et affici conuiciis et portare ac tacere mag
na eſt hec res ſuper alia mandata ¶ Interrogantibus quibuſdã
fratribus Abbatem Moyſen ſermonẽ. ille hortatus eſt diſcipulũ
ſuũ Zachariam ut ei aliquid diceret. Tunc ille palliũ ſuũ depoſu
it ſub pedes ſuos et conculcauit illum et dixit. Niſi qui ſic fuerit cõ
culcatus monachus eẽ non poteſt ¶ Dicebat Abbas Macha
rius. Ille uerus eſt monachus qui ſe in omñibus uincit. Nam ſi aliũ
arguens ad iracundiam moueatur quis ꝓpriã paſſionẽ implet
nec enĩ ut alterũ ſaluet ſe debet ꝑdere ¶ Quendam fratrẽ ſub
preſencia Abbatis Anthonii alii collaudabãt. Sed cũ temptaſſet eũ
ſenex repperit qꝫ non ſufferret iniuriam et dixit ei. Tu quidẽ frater
ſimilis es edificio quod exterius habeat ingreſſum ornatũ per poſtici
a tamen a latronibus expugnatur ¶ Quidã frater requiſiuit
Abbatẽ Yſaac dicens. Abba quare te demones ita timent? Reſpõ
dit ſenex. Ex quo factus ſum monachus ſtatui apud me ut iracũ
dia mea foras guttur meũ non procederet. et ideo timent me demo
nes ¶ Cum ueniſſet quidã de patribus ad Abbatẽ Achillã ui
dit eum ſanguinẽ expuentem et requiſiuit quid hoc eẽt. At ille re
ſpondit. Sermo erat fratris qui me contriſtauerat. et repugnaui

ut nichil ei dicerē · ſed petiui a dn̄o ut tolleretur a me · et factus eſt
ille ſermo ſanguis in ore meo · et poſtq̄ʒ expui illū̄ requieui · ſed et ip
ſam triſticiaʒ et ſermonē illuʒ oblitus ſum · ¶ Quidam fratres
uenerunt ad quendā ſenem ſedentē in ſolitudine · et īuenerūt infan
tes paſcentes pecora · et loquentes inter ſe aliquociens uerba turpia
Poſtq̄ʒ ergo de ſingulis cogitacōibus requirentes acceperūt a ſene
reſponſum · dicunt ei · Quēadmodū potes Abba portare uoces infan
ciū iſtorum · et nec p̄cipis illis ut non ita uociferentur · Et dicit eis ſe
nex · In ueritate fratres plimos dies habuit cogitacio mea uolens il
lis aliquid dicere · ſed redarguo meipm̄ reputans michi · Si paruū hoc
non porto quēadmodū ſi maior michi temptacio aduenerit porta
bo · et ideo nichil illis dico ut fiat michi conſuetudo portandi · Idem
dixit · Qui linguā ſuaʒ non tenuerit in tempe ire nec paſſionē car
nis ſue aliquando poterit continere ¶ · Abbas Johānes cum ſedēt
inter fratres · et ſinguli eum de p̄priis cogitacōibꝫ inquirerēt · atq̄ʒ
ille reſponſum omībus daret · Quidam ſenex ex īuidia dicit ei · Sic
eſt hic Johānes quōm̄ mulier meretrix ornans ſemetipaʒ ut con
greget ſibi amatores · Cui Abbas Johannes ait · Verū dicis Abba
et non eſt aliter · nam et hocipm̄ deus tibi reuelauit · Reſpondit ei
iterū ille ſenex dicens · Nam et uas tuū Johānes ueneno plenū eſt · Tūc
Johannes ait illi · Sic eſt Abba ſicut dixiſti · et hec dicis quia tantū
modo illa que foris ſunt uides · nam ſi ea que intra me ſunt uideres
q̄ntū plus habuiſſes quod diceres · Et poſt hoc quidam frater ex
diſcipulis eius dicit ei · Non es conturbatus interius Abba in u̇bis
ſenis huiꝰ · Cui ille reſpondit · non ſed ſicut ſum deforis ita ſum et
deintus · ¶ Erat quidaʒ ſenex in Egypto · et anteq̄ʒ illuc ueniret
Abba Pemen grandem uenerationem habebat ab omībꝫ · Cum au
tem Abbas Pemen de Scithia illuc ſubiſſet · multi relicto illo ſene ue
niebant ad hunc · et p̄ptēa cepit illi īuidere et detrahere · Quod au
diens Abbas Pemen contriſtatus eſt et dicit fratribꝫ ſuis · Quid fa
ciemus quia in tribulacōē miſerūt nos homines ut illū ſenē tam
ſanctū relinquerent · et nos qui nichil ſumꝰ inſpicerent · quēadmo

dum sanabimus hunc uitium magnum. Venite ergo fratres faciamus paucas escas et portantes pergamus ad eum. et parum uini ut pariter cum eo gustemus ut uel sic forsitan possimus animam eius placare. Profecti ergo pulsauerunt ostium eius. Audiens uero discipulus illius senis dixit Quis es. At illi dixerunt dic Abbati tuo quoniam Pe men uenit ut benedicatur ab eo. Quod cum ille per discipulum suum audisset respondit ad eum Vade hinc et dic eis Non enim michi uacat. Illi tamen restiterunt mesti dicentes quia non hinc discedimus nisi dignati fuerimus adorare eum. Quorum cum ille humilitatem et pacienciam perudisset compunctus aperuit ostium. et osculantes inuicem gustauerunt pariter. Dixit ergo eis ipse senex. In ueritate non sunt ea sola que audiui de uobis. sed et centuplum opera uidi in uobis. Et ab illo die carissimus amicus factus est ei.

Abbas Mutues aliquando edificauit sibi cellulam in loco qui dicitur Eracleona. et dum ibi a multis molestaretur alterum locum introgressus est. et similiter eciam ibi construxit habitaculum. Sed per insidias diaboli quidam frater inuentus est ibi qui per inuidiam semper iram cum eo habebat. Propter quod surrexit inde et ad proprium regressus est uicum. et fecit sibi illic quoque cellulam et reclusit semetipsum in ea. Post tempus autem aliquantum congregati sunt senes de illo loco unde egressus est. deducentes secum eciam illum fratrem cum quo habuisset litem. quatinus rogarent eum ut rediret in speluncam suam. Postquam autem in uicino loco uenerunt tam melotes suas quam illum fratrem occultatum ibidem dereliquerunt. ipsi quoque profecti sunt ad senem. Et pulsantibus illis aperta fenestra respexit eos et cognouit et dixit eis. Vbi sunt melotes uestre. At illi responderunt Ecce hic in uicino sunt vna cum alio fratre qui tecum iram habebat. Hoc postquam senex audiuit et illos agnouit pre gaudio ostium per quod ingressus fuerat cum securi confregit. et egressus cucurrit usque ad locum ubi erat ille frater. et prior ipse penitenciam agere apud eum cepit et amplexatus est illum et introduxit illos in cellam suam et per tres dies conuiuatus est cum eis quod numquam habe

bat in conſuetudine ut ieiuniū ſolueret· Et ſurrexit poſtea et pfec
tus eſt cum illis ¶ Abbas Agathon ſolebat dicē· Nūq̄ dormiui
litem habens cū aliquo· ſed nec pmiſi aliquē mecū litem habentē
dormire quantū ad uirtutē meam ptinuit niſi prius in pace re
uerteretur ¶ Erant duo ſenes pter ſedentes in vna cella et nū
q̄ inter ſe uel qualēcumq; paruā contentionē habuerant· Dixit
ergo un⁹ ad alterū· faciamus et nos uel unā litem ſicut et alij ho
mines· Ille alter dixit ei· Neſcio queādmodū fiat lis· Dixit ei ille·
Ecce ego pono laterē iſtū in medio et dico quia meus eſt· et tu dic
quia non eſt tuus ſed meus eſt· et ex hoc fit contentio et rixa· Et
cum poſuiſſent laterē in medio· dicente vno quia meus eſt· ille al
ter primo reſpondebat· ego illū meū eē ſpero· Cū ille alter iterum
diceret· non eſt tuus ſed meus· tunc ille reſpondit· Et ſi tuus eſt
tolle illum· Quo dicto non īuenerunt q̄admodū litigarent·

Quodam tempe orante beato Machario Abbate· uox ad eū
de celo pſonuit· Machari needū ad menſurā duarū mulie
rū peruenisti· que in proxima pter habitant ciuitate· Quo audito ſenex
exurgens arrepto baculo in deſignatā ciuitatem puenit· Cumq; oſ
tiū queſite domus atq; īuente cepiſſet pulſare· egreſſa vna ex illis cū
magna cum exultacione ſuſcepit· Quas utraſq; ſenex cōuocatus ita
eſt allocutus· Pter uos tantū laborē ueniens ex ſolitudine longiqua
ſuſtinui ut opa urā cognoſcerē· que michi uos contite dicite et nar
rate· Cui ſic ille dixerunt· Crede nobis ſanctiſſime pater quia nec pſen
ti nocte a maritorū lectulis fuim⁹ ſeparate· quare ergo opa a nobis re
quiris· Sed ſenex pcibus pſiſtebat ut ei uite ſue ordinem declararent
Tunc ille compulſe dixerunt· Nos nulla inter nos ſumus parentilita
tis affinitate cōiuncte· contigit autē ut duobus fr̄ibus iūgeremur et
cum eis quindecim annis in vna domo pter pmanentes· neq; tur
pe uerbū dixit altera ad alterā· neq; litem aliquando cōmiſim⁹ ſed
in pace hactenus uiximus· et pari conſenſu tractauimus quatinus
pariter relictis maritis in congregacione religioſarū uirginū profi
ſceremur· et multis pcibus hoc a cōiugibus nō ualuim⁹ īpetrare·

Quo non adepto inter nos et deum poſuimꝰ teſtamentū ut uſqꝫ ad
mortē nrām ſecularē uerbū non loquamur oīno. Que cū beatus
Macharius audiſſet. dixit. In ueritate non eſt uirgo neqꝫ marita
ta neqꝫ monachus neqꝫ ſecularis. ſed deus tantū ꝓpoſitū querit et
ſpiritū uite omībus ſubminiſtrat. ¶ Quidam frater dū eēt in
cenobio et frequēter ad iram mouētur. dixit ad ſemetipſm. Vadam
in ſolitudinē. et cū non habuero cū quo litigem forſitan requieſ
cet a me hec paſſio. Cum autē egreſſus manſiſſet ſolus in ſpeleo
quadā die cum uas aqua repleſſet et poſuiſſet in terra. ſubito uer
ſatū eſt. quod ille ſecunda uice repleuit. et iterū uerſatū eſt. cūqꝫ
tercia uice repleſſet ac ſimuliter contigiſſet. arrepto ipō uaſe fregit
illud iratus. Cum autem ad ſe reuerſus fuiſſet cogitauit quia a
ſpiritu iracūdie eēt deceptus. et dixit. Ecce et ſolus ſum et tamen
ab iracūdia uictus ſum. reuertar ergo in cenobiū. quia ubiqꝫ pug
na opus eſt et paciencia et maxime dei auxiliū. et ita exurgens
reuerſus eſt in locum ſuum.

Beatus Macharius de ſemetipō referebat dicens. Dum
eſſem iuuenis et tamen in cella mea reſiderem. īuitū me tenen
tes in uico clericū ordinauerunt. Cum autem nolens illic eē in
uicū alterū effugiſſem. et quidā michi ſecularis religioſus opere
meo uendito miniſtraret. contigit cuidam uirgini per ſtuprum
uentris onus accipere. Que dum a quo fuiſſet compreſſa requi̇re
retur. dixit. Anachorita ille ueſter. hoc in me facinus ꝑpetrauit.
Egreſſi ergo parentes puelle comphendentes me ſuſpenderunt
ad collum meū uaſa fictilia. et per ſingulas ſemitas circūduce
bant me cede mactantes atqꝫ inſuper uocibus inſultātes. hic
monachus filie nrē uim intulit. Cūqꝫ me uſqꝫ ad necem fuſtibꝫ
pene mulctaſſent. quidā ex ſenioribꝫ dixit ad eos. Vſqꝫquo hunc
pegrinū monachū cede mactatis. Sed et miniſtranti michi ſe
quēti ac rubore ſupfuſo iniurias irrogabant dicentes ei. Ecce qd
fecit hic pro quo teſtimoniū phibebas. Parentes autē puelle dix
erunt. Nulla hunc racione dimittimꝰ niſi pro alimentis puelle

prestandis aliquis pro ipso satis dator accesserit. Quod cum minis
tranti michi ut faceret innuissem. imposita me sua fide suscepit.
Itaque reversus ad cellulam quantascumque inveni sportellas ei contribui
ut venditis victum mee coniugi ministraret. Dicebam autem. Ecce
Machari invenisti tibi uxorem. Necesse est ergo amplius operari ut
eam valeas enutrire. Et tam diebus quam noctibus operabar ut ei vic
tum cotidie ministrarem. Sed quando misere tempus advenit die
bus plurimis parere cruciata non poterat. Que cum fuisset requisi
ta respondit. Quia Anachorite illi causam non habenti crimen im
posui. Nam iuvenis vicinus ille me compressit. Quod cum ille qui
michi ministrabat audisset gaudio repletus advenit. infelicem
illam puellam prius quam fateretur quod tibi calumpniam frustra contexu
it parere nullatenus potuisse vociferans. sed ab omnibus vicinis vene
raris et a te omnes veniam postulant. Que ego cognoscens ne me
et ipsi homines molestarent. festinus abscedens in hunc locum per
veni et hec est causa michi in istis locis adventus. ¶ Quidam
frater requisivit Abbatem Pemenem dicens. Quid faciam pater quoniam
conturbor a tristicia. Dixit ei senex. Neminem pro nichilo aspicias
nullum condempnes. nulli detrahas et dabit tibi deus requiem.
¶ Dicebat autem Abbas Pemen de Abbate Isidoro quia solus ille
se cognovisset. Nam quociens illi cogitatio sua dicebat. magnus
es. tunc ipse respondebat ad se. Numquid talis sum qualis Antho
nius aut certe Abba Pemen vel reliqui patres qui deo placuerunt
Quociens ergo hoc cogitabat requiescebat. Quando vero demon
conturbans eum suggerebat ei desperacionem et penas dicens quoniam
post hec omnia in tormenta iturus es. Dicebat iterum ipse. Quia
quamvis ego in tormentis mittar. vos subtus me inveniam. ¶ Abba
ti quoque Moysi frequenter apparuerunt demones maledicentes
ei ac dicentes. Evasisti nos Moyses et nichil tibi possumus facere
quoniam quociens te per desperacionem humiliare volumus. exaltaris.
quociens autem exaltare. ita te humilias ut nullus de nobis ac
cedat ad te. ¶ Cum quidam frater Abbatem Sisoium frequenter

tali ſermone requireret dicens. Quid faciam pater quoniam cecidi. Ille
reſpondit. Surge inquit. Illo vero et ſurrexiſſe et iterū cecidiſſe pro
feſſo reſpondit. Et iterū adhuc ſurge. Cum autē frater frequenter
ſurrexiſſe et frequenter cecidiſſe narraret. Eodem vero ſenex utebatur
racione exclamans Ne deſiſtas ſurgendo. Cui frater ait. Et uſquequo
poſſum ſurgere pater explana. Senex dixit. Vſquequo aut in bono
ope aut in malo deprehenſus occumbas. In quo enī ope fuerit ho
mo deprehenſus in eo eciam iudicabitur. ¶ Quidam ſenex temp
tabatur a cogitacionibus graviter per annos decem. ita ut iā deſpe
raret dicens. Perdidi iam animā meam. ſed quatinus ſemel perii. vel
revertar ad ſeculū. Cum autē proficiſceretur venit ad eū vox di
cens illi. Decem anni in quibus certatus es corone tue erūt. revertere
ergo in locū tuum et ab omni malo cogitationis tue liberabo te.
Et ſtatim regreſſus permanſit in cepto ope. Non eſt ergo bonū deſpa
re quemque propter cogitaciones. Ille enim magis nobis coronas providet
ſi utiliter eas pertractantes tranſierimus ¶ Quodam tempore. Abbas
Anthonius dum reſideret in heremo ſpiritu temptatus accidie
cogitacionibusque diverſis implicatus. dicebat ad deū. Domine ſalvari deſi
dero. ſed cogitaciones varie non me permittunt. quid faciam in tribu
lacione mea vel quomodo ſalvari valeam dignanter oſtende. Et poſt
paululū ſurgens quendam ſibi ſimilem conſpicatur ſedentē torquen
temque funiculū et ſurgentem ex opere et orantem. Erat autē angelus
ad emendacionem Anthonii deſtinatus a quo hunc ſermonē audivit.
Et tu ita faciens. Anthoni ſalvaberis. At ille ſūmo gaudio cumula
tus accepta confidencia ſalvabatur ¶ Quidam frater ſenē requiſi
vit dicens. Quid faciam pater quoniam nulla opera facio monachi. ſed in neg
ligencia conſtitutus comedo bibo et dormio et de hora in horā trāſ
gredior. et de cogitacione in cogitacionem. et propter hoc contriſtor et
deficio. Cui ſenex dixit. Tu ſede in cella tua et quod potes fac ſine
perturbacione anime. et confido in deo meo quia qui ſedet in cella
ſua propter deum invenitur in loco illo ubi eſt. Abbas Anthonius.
¶ Alter frater requiſivit. Abbatē Achillam dicens. Cur ſedens

in cella mea pacior accidiam? Cui senex ait. Quia necdū uidisti re-
quiem fili quam speramus neq; tormenta que timemus. Si enim
ea diligenter inspiceres. eciam si uermibus plena eēt cella tua usq;
ad collum tu tamen in ipis iaceres pmanens sine accidia. Qui-
dam frater cum expetisset sermonē ab Abbate Moyse. dicit ei senex
Vade et sede in cella tua. Cella autē tua omīa te potest instruere si i-
bi pmanseris. Sicut enī piscis ex aqua eductus statim moritur.
ita et monachus peribit si foras cellam suaz tardare uoluerit.
Quidā frater Abbatē requisiuit Anthoniū dicens. Quid ob-
seruando deo placebo? Respondit senex. Quod mando tibi custo-
di. Quocūq; uadis deum semper habeto pre oculis tuis. et quodcū-
q; opus exerces. sume tibi ex diuinis scripturis exempla. et ī quo-
cūq; loco resederis ne inde cicius mouearis sed pacienter in eodē
loco consiste. Hec enim tria custodiens saluus efficieris. Quidā
frater requisiuit Abbatē Pemenē. si melius est remocius an cum
aliis manere? Respondit senex. Homo si seipm reprehendit. ubiq;
potest psistere. si autem se magnificat nūq; stat. Quicquid boni fe-
cerit homo ne exultet in eo quia mox pdit illud. Venit aliquā-
do ad Abbatem zenonē in Siria aliquis frater Egypcius et cepit
cogitaciones pprias accusare pñte sene. Ille autem audiens admi-
ratus ait. Egypcii uirtutes quas habent celant. et uicia que non
habent manifestant. Siri autē et greci uirtutes quas non habēt
predicant et uicia que habent abscondunt. Quidā senex
dixit. Qui ab hominibus amplius honoratur aut laudat' nō par-
uū dampnū anime patitur. Qui autē penitus ab homīb; non
honoratur. desuper gloriam a deo accipiet. Idem dixit. Sicut fieri
non pt ut simul et herba nascatur et semen. ita impossibile est
ut laudem et gloriā secularū habentes. simul eciaz et fructū faci-
amus celestem. Idem dixit. Sicut thesaurus manifestus minuitur
ita et uirtus deperit publicata. Nam sicut cera a facie ignis solui-
tur. ita et anima per laudem resoluta perit ab intencione sua. Idē
dixit. Quando cogitacio uane glorie uel superbie te impugnat.

pſcrutare teipm̄ ſi omnia mandata dei ſeruaſti · ſi inimicos tuos dili
gis · ſi gaudes in gloria inimici tui et contriſtaris in deiectione eius · et
ſi apud te habes qm̄ ſeruus inutilis es et omnibus homib' plus peccas
et neq; tu tam grande aliquid ſapias tanq̄ aliquid feceris ſciens q̄
elata cogitacio omnia illa bona diſſoluit ¶ Quidam ſenex cū ue
niſſet ad alterū ſenem dicit ei · Ego iam mortuus ſum ſeculo hu
ic · Cui ille alter reſpondit · ne confidas in teipm̄ donec egrediaris de
corpore hoc · Nam et ſi tu dicas qm̄ mortuus ſum · diabolus tamen
necdū mortuus eſt ¶ Quidam ſenex dū per quīquaginta ānos
eēt in deſerto · neq; panē guſtans neq; aquā ad ſacietatē accipiens
dicebat ipē · quia occidi auariciā et uanā gloriā · Quod cū audiſ
ſet · Abbas Abrahā uenit ad eum et requiſiuit illū ſermonē ſi ipē
dixiſſet · At illo confitente dicit ei Abrahā · Ecce dum per uiā am
bulas uides lapides et fragmenta laterculoꝝ et inter hec maſſam
auri · nec poteſt cogitacio tua et illud ſimile illis aliis iudicare · Dicit
ei ſenex · Non / ſed iterū pugno cum cogitacione mea · Ecce eni uenit
auaricia ſed ligata eſt ¶ Item dicit · Abbas Abraham · Hic diligit te et
laudat · alter uero te horret et detrahit · Si utriq; ueniunt ad te ne v
troſq; ſimiliter aſpicis · Dicit ei ſenex · Non ſed iterū pugno cū cogita
cione mea ut et illum diligam quem horreo · Cui · Abbas Abraham
Ecce ergo uiuūt in te paſſiones adhuc · ſed ligate ſunt a ſanctis q̄
tibi forte ꝓpter uitam tuam ad ſubſidiū ꝑmanent ¶ Quidā ſe
nex erat in inferioribus partibus heremi · et ſedebat quieſcens in
ſpelunca · Vnus autem ſecularis religioſus miniſtrabat ei · Conti
git autē ut filius ſecularis illius infirmaretur · multis ergo ꝑcib9
poſtulabat ſenem ut ueniret in domū ſuā et faceret orōnem pro
infante · Et ſurgens ſenex ambulabat cum eo · Ille autē preceſſit
eum et ingreſſus in domū ſuam dicit · Venite in occurſū · Anacho
rite · Quos cū ſenex uidiſſet egreſſos cū lampadib' ſenſit q̄ ad ſe
uenirent · et ſtatim diſpolians ſe ueſtimento ſuo miſit ſe in fluīe
et cepit lauare ſtans nudus · Ille autē qui miniſtrabat ei uidens
hec erubuit · et rogauit homīes dicens · Reuertimini · ſenex enim

nr̄ ſenſum pdidit. Veniens autẽ ad eum dixit illi. Abba quid hoc
feciſti? Omnes enĩ qui te uiderũt dixerunt quia demoniũ habere ſe
nex. Cui ille reſpondit. Et ego hoc uolebam audire. ¶ Cum quidã
iudex prouincie Abbatẽ Moyſen ueniret adorare. Audiens ille fug
ebat de loco ſuo. Et cũ obuiam illi forte fuiſſet requiſiuit iudex ab eo
dicens. Dic nobis ubi eſt cella Abbatis Moyſi. At ille reſpondit. Ad
illum uultis audire hominẽ ſtultũ et hereticũ? Quod cũ audiſſet
iudex uenit ad eccliam retulit clericis dicens. Ego quidem diuerſa
audiens de Abbate Moyſe uolui ab eo benedici ſed quidã nobis
obuiã monachus retulit de eo q eẽt hereticus. Qd cũ audiſſent
clerici contriſtati ſunt et ceperũt interogare eum qualis eẽt ille mo
nachus qui hoc ei dixiſſet. Ille autẽ reſpondit. Senex erat et uete
rrima indutus ueſtimenta longus et niger. Et tunc cognoſcẽs ex
reuelacione eorũ q ipſe eẽt ſatis miratus diſceſſit ¶ Abbas Siſoi
us cum habitaret in monte in quo erat beatus Anthonius reclu
ſus. quidã ſecularis ad eum cũ paruulo filio percipiende benedictionis
gr̄a pperauit. Contigit autẽ ut infans ille moreretur in uia. Quem
pater ſine ulla mentis pturbacione ſublatũ cũ fide portauit ad ſe
nem. Ingreſſus q cellulã tam ſe q infantẽ piecit in terrã ut eſt mo
ris poſtulanciũ benedictionẽ. Oracione autem pacta exurgens pa
ter egreſſus eſt foras filii corpuſculo derelicto ante pedes Abbatis.
Quem cum ſenex adhuc orandi cauſa ſperaret. dixit ei. Surge fili
et egredere. Defunctum enĩ eũ neſciebat. Confeſtimq puer exurgẽs
egreſſus eſt. Quem cũ pater uidiſſet obſtipuit. Reuerſus q in cel
lam adorato ſene tandẽ cauſã filii a ſe relicti cũ fide publice enar
rauit. Sed ſenex ualde meſtus effectus nec enim a ſe tale quicq fac
tum uolebat audire. per diſcipulũ ſuũ illi homini ne cui uſq ſu
um tranſitũ hoc diceret imperauit. ¶ Cum quidã ſclaris uir
in eccliã ueniens ab imundo ſpiritu teneretur. et omnes oracionẽ
feciſſent et nullatenus ſpiritus imundus egrederetur ab eo. dicũt
inter ſe fratres. Quid poſſumus huic ſpũi imũdo facere? nemo
illũ poteſt diſcutẽ niſi Abbas Beſarion. Si dixerimus hoc illi.

nec ad eccliam adquieſcit uenire· Sed faciamus talit'· Quando an
te omnes ſolet ad eccliaꝫ uenire· hunc qui patitur faciamus ſedere
et poſtea dicamus Abbati· Suſcita Abba hunc dormientē· Fecerūt
ergo ita· et ueniente Abbate Beſarione· ſteterunt omnes in orōne
et dicunt ei· Abba ſuſcita iſtū qui dormit· Ille autē dixit· Surge et
egredere foras· Et mox egreſſus eſt ab eo ſpiritus imūdus et ſanus
factus eſt ex illa hora ¶ Erat quidaꝫ habens filiū paliticum in
Egypto et attulit eum in cellā Abbatis Beſarionis et reliquit eū
ante oſtiū plorantē et diſceſſit longe· Cepit ergo infans flere· Cū
autē ſenex per feneſtrā uidiſſet eum dixit· Quis te huc detulit fi
li? Cui infans reſpondit· Pater meus attulit me et ipē diſceſſit· Cui
ſenex dixit· Surge ſequere eum· et mox ſanus effectus ſurrexit et ꝑ
uenit ad patrem ſuū ¶ Dixit Abbas Mathois· q̄ntū plus ho
mo deo proximauerit· tantū ſe plus peccatorē uidebit· Iſaias eniꝫ
ꝓpha uidens dn̄m miſerū ſe et imundū uocauit· Nos ergo non
ſim⁹ hic ſine ſollicitudine. dicit enī ſcriptura· Et qui ſtat uideat ne
cadat· In incerto ergo nauigamus in hoc mūdo· et nos quidē q̄ſi
in tranquillo mari nauigare uidemur· ſeculares uero quaſi in pe
riculoſis locis· Sed nos quaſi in die nauigamus ſole iuſticie illuſtra
ti· illi uero in ignorantia quaſi per noctem· Sed frequenter contingit
ut ſecularis in tenebroſa nocte nauigans uigilans autē et clamāſ
ꝓpria naui ſaluabitur· Nos autem dum in tranquillo nauigamus
ſepius ex ipā ſecuritate negligim⁹ et ꝑim⁹ humilitatis gubernacu
la relinquentes· Sicut autem impoſſibile eſt nauē firmā fieri ſine
clauo· ſic īpoſſibile eſt aliquē ſine humilitate ſaluari·

Abbas Macharius cum diluculo palmarū folia portans ad
cellam ſuam ——— reuertētur· occurrit ei diabolus cū
falce parata uolens q̄ eum ꝑcutere non ualebat· Qui exclamāſ dix
it· Magnā uim a te Machari patior· quia cū tibi cupio nocere nō
ualeo· quecūq; tu facis ego magis facio· Ieiunas enī interdū· et ego
nullo unq̄ cibo reficior· tu ſepe uigilas· me uero nūq̄ ſopor oppreſ
ſit· ſed una re me uincis ipē ꝓfiteor· Cumq; ab eo rem ipāz Abbas

Macharius requiſiſſet. reſpondit. humilitas tua ſola me uincit
Ac ſic extendens ad orōnem manus beatus Macharius. ſpiritus
īmundus inter auras euanuit ¶ Quendā ex ſenibus mona
chis heremitā homo quidā ſpū malo correptus et ſpumās fortit̃
in maxilla pcuſſit. Senex autē mox pbuit illi alterā maxillā ut
feriret. diabolus autē non ſufferens incendiū humilitatis eius ſta
tim diſceſſit ¶ Quidā dicebat ex patribꝫ. omnis enī labor ſine
humilitate uanus eſt. humilitas uero pcurſor eſt caritatis. ſicut
Johānes precurſor erat IHV omnes trahens ad eum. ita et humi
litas omnes trahit ad caritatem id eſt ad ipm̄ deum quia deus
caritas eſt ¶ Quodā tempe Abbas Macharius. dum ad mō
tē Nitrie aſcenderet. diſcipulo ſuo ut parū ipm̄ precederet impauit
Qui cū ante illū pirct obuiauit quendā ſacerdotē ydolorū curſu
concito uenientē et lignū grande portantē. Cui exclamans ait.
Quo curris demon. At ille iratus tantis eum plagis affecit ut ex
animē pene relinqueret. Et relicto eo ſacerdos ydolorū iterū currebat.
progreſſuſqꝫ parū obuiauit beatū Machariū. qui ait ad eū. Sal
ueris laborator ſalueris. At ille admiratus reſpondit. Quid in me
boni conſpexiſti ut ita me ſalutares. Cui ſenex ait. quia te uidi labo
rantem et curris ignoranter. Cui ſacerdos ait. et ego ſalutatione tua
compunctus. magni dei ſeruū te ēē cognoui. nam alter neſcio quis
miſerabilis monachus occurrens michi īiurias fecit ſed ego illi pla
gas pro uerbis impoſui. Tunc tenens pedes beati Macharij pro
clamabat dicens. niſi me monachū feceris non deſiſtam. Pgentesqꝫ
pariter uenerunt ad locū in quo ceſus frater iacebat. quē utriqꝫ tollē
tes qm̄ gradi non poterat. manibus in eccliam ptulerunt. Cū autem
ceteri fratres uidiſſent ſacerdotē illū beatū Machariū comitantē et
ſtupefacti monachū eum cū magna admiracōe pſpiciūt. ac multi pp
ter illum ex paganis facti ſunt xpiani. Dicebat ergo Abbas Macha
rius quia ſermo ſuperbus et malus etiā bonos uiros cōuertit ad ma
lū. ſermo uero humilis et bonus etiā malos mutat in melius.
¶ Beatus Anthonius dixit. Nūqꝫ enī homo bonus eſt. etiā ſi bonus

ēē deſideret niſi habitet deus in ipō quia nemo bonus niſi ſolus deus
Oportet autē ut noſipōs ſemper ueraciter accuſemus. Quando enim
ſe quiſq; reprehendit mercedē ꝓpriam non amittit. Item beatus. An
thonius retulit ſe uidiſſe omnes laqueos inimici ſuper uniuſam terrā
explicatos. et cū ſuſpirans dixiſſet. quis hos poterit tranſire uocē di
centē audiuit. Humilitas ſola ptranſit. Anthoni. quā nullo ualent mo
do contingere. Item dū in cella ꝓpria beatus oraret. Anthonius uenit
ad eum uox dicens. Anthoni. necdū ad menſurā coriarii iſtius qui eſt
in Alexandria peruenisti. Quo audito ſenex conſurgens mane arrepto
baculo feſtinus aduenit. Alexandriam. Cumq; ad deſignatū hominem
fuiſſet ingreſſus. ille uiſo tanto uiro obſtupuit. Cui ſenex dixit. Refer
michi opa tua quia ꝓpterea a deſerto ueni. Qui reſpondit. Neſcio me a
liquādo boni aliquid ꝓpetraſſe. nā dum ex cubiculo ꝓprio mane conſur
go antequā in opere meo reſideā dico ut omnis hec ciuitas a minore
uſq; ad maiorē ingrediantur in regnū dei ꝓpter iuſticias ſuas. ego au
tem ſolus ꝓpter peccata mea penā ingrediar ſempiternā. quod uerbū
antequā quieſcā ſero ex cordis mei cubiculo recenſeo cū ueritate. Quod
audiens beatus. Anthonius reſpondit ei. fili. ſic eſto ut bonus auri
fex ſedens in domo tua cū requie regnū dei adeptus es. ego autē ue
lud ſine diſcretione omne tempus meū cōuerſatus in ſolitudine nec
dū uerbi tui aſſūpſi menſuram ¶ Quidam frater requiſiuit. Ab
batē Pemenē dicens. Quid eſt pater quod dicit. Apls. Omnia munda
mūdis. At ille dixit ei. Si quis ad hunc ſermonē peruenire potuerit ut
eū intelligat uidebit ſe minorē ēē tocius creature. Cui frater. Et quomō
poſſum minorē me arbitrari ab eo qui homicida eſt. Reſpondit ſe
nex. Si potuerit homo ad hunc ſermonē. Apli peruenire. et uiderit ho
minē qui forte occidit aliū. dicit in ſemetipſo. Iſte quidē hoc ſolū peccatum
fecit. ego autem omni hora homicidiū cōmitto meipſum interficiens
Cum autē frater requireret quomō hoc poſſet fieri. reſpondit. Hec
ſola eſt hominis iuſticia ut ſemetipſum reprehendat. Tunc enī iuſtus
eſt cū ſua peccata condempnat ¶ Cum ſederent quidā fratres
ꝓpe Abbatem Pemenē. unus alterū quendam frēm laudauit dicens.

Bonus eſt ille frater · q̄m mala horret · Cui ſenex dixit · Et quid eſt ma
la horrere : At ille neſciens quid illi reſponderet petebat dicens · dic m̄
Abba · quid eſt mala horrere · Cui ſenex ait · Ille horret mala qui ſua
pctā ꝓpria horret et omnē fratrē ſuū beatificat et diligit · ¶ Quidā
frater requiſiuit · Abbatē Pemenē dicens · Quomō poteſt uitare homo
ne loquatur malū de proximo ſuo : Reſpondit ſenex · Ego et proxim⁹
meus due ſum⁹ ymagines · cū ergo meā ymaginē ꝓſpexero et repre
hendero me īuenitur ymago fratris mei apud me uenerabilis · q̄n
autē meā laudauero tunc fr̄is mei imaginē paruā reſpicio · Nunc
ergo de alio non detracto ſi ſemper reprehendero meipm̄ · ¶ Dixit
Abbas Ipericius · Melius eſt comedere carnes et bibere uinū · q̄ꝫ cō
dere in uituperatione carnes fratrū · Sic enī ſuſurrans ſerpens Euā
de Paradyſo excuſſit · ita qui de fratre ſuo detractat · non ſolū ſuam
ſed et audientis animā ꝑdit ¶ Solebat dicere · Abbas Johannes
Paruā ſarcinam dimiſim⁹ ideſt noſmetipſos reprehendere · et grauē
portare elegimus ideſt ut nos iuſtificemus et alios condempnem⁹.

Peracta congregatione ſemel in Scithi · dum patres de mul
torū uita et de rebus plurimis loquerētur · Abbas Pior tacebat ·
Poſtea uero egreſſus tollens ſaccū impleuit eū harena et portabat
eum poſt dorſum ſuū · et iterū in altero paruo panno miſit alterā
harenaꝫ et portabat ante ſe · Videntes autem ceteri patres · requiſi
erunt ab eo quod eēt hoc exemplū · Et reſpondit dicens · Iſte ſaccus
qui habet multā harenā mea pctā ſunt · q̄m plurime ſunt iniquitates
mee · et ecce dimiſi ea poſt dorſum meū nolens ea uidere ut pro ipſis
doleam uel plangam · et ecce pauca hic delicta fratris mei ante ocu
los meos poſui · et crucior in ipſis condempnans fratrē · Sed nō opor
tet ſic iudicare ſed magis mea ante me adducē · et de ipſis cogitare
et rogare deum ut indulgeat michi · Quod audientes patres dixe
runt · In ueritate hec eſt uia ſalutis ¶ Venit aliquā Abbas Iſa
ac in cenobiū et uidit illic fratrē negligentē · et iratus iuſſit eum
expelli de cenobio · Cum ergo regrederetur ad habitaculū ſuū uenit
angelus dnī et ſtetit ante oſtiū celle eius dicens · Non te permitto

ingredi. At ille rogabat ut eius culpã manifeſtaret. Et reſpondens
angelus dixit. Deus tranſmiſit me dicens. Vade dic yſaac. Vbi iubes
ut mittamus illũ fratrẽ qui peccauit. At ille mox egit penitenciam
dicens. peccaui dñe indulge michi. Et dicit ei Angelus. Exurge in
dulget tibi deus. ſed nunq̃ hoc facias ut quemq̃ condempnes anteq̃
deus illũ iudicet. Tulerũt homines iudiciũ et non michi illud pmi
ſerunt dicit dñs. hoc autem dictũ eſt. quia ſi contigerit de illis per
fectis aliquẽ uel in paruo peccare mox proditur. ¶ Contigit fratri
cuidam culpa in cenobio. et dũ a ceteris increparet ad Abbatẽ eſt
pfectus. Anthoniũ. et aſſecuti ſunt eũ fratres uolentes q̧ reducere
ceperũt culpas exprobare ei. Ille uero ſe feciſſe culpã denegabat. In
uentus eſt autem ibi Abba Paſnucius cui cognomen erat Cephalꝰ
qui talẽ retulit in auditu fratrũ in congregacõe pabolam. Vidi in
quit in ripa fluminis hoĩem uſq̧ ad genua in limo dimerſũ. Veni
entes autem quidam ut eũ porrecta manu extraherẽt uſq̧ ad collũ
dimerſerunt. Tunc beatus. Anthonius de beato Paſnucio dixit. Ec
ce homo qui poteſt animas ex ueritate ſaluare. Quo fratres illi ſer
mone cõpuncti agentes penitenciam. eũ qui diſceſſerat ad cenobiũ
reuocauerunt. ¶ Dixit quidam ſenex. Si uideris aliquẽ peccantem
ne mittas culpam in eum. ſed in illũ qui impugnat eum dicens.
Ve michi quia iſte nolens uictus eſt ſic et ego. Et plange et inquire
dei ſolaciũ quia omnes decipimur. ¶ Quidã Timotheus Ana
chorita negligentẽ aliquẽ fratrem audiens. interrogante ipius Abba
te quid illi faceret. dedit conſiliũ ut eum expelleret de cenobio. Cũ
ergo ille expulſus fuiſſet. ſtati temptacio uenit ſuper Tymotheum
Et cũ ploraret in conſpectu dei et diceret. Peccaui miſerẽ mei. Venit
ad eum uox dicens. Tymothee ideo tibi hec cauſa uenit. quia fra
trẽ tuũ in tempe temptacõis deſpexiſti. ¶ Quidam ex patribꝫ
in extaſi poſitus uidit quatuor ordines ante deum. Et primus
quidem ordo erat hominũ infirmanciũ et gracias agencium deo.
Secundus uõ eoꝝ qui hoſpitalitatẽ ſectantur. et in hoc ſtant et
miniſtrant. Tercius uero illoꝝ qui ſolitudinẽ ſectant̃ et nõ uidẽt

homines. Quartus uero illoꝝ qui ꝓpter deum et obedientiã sol
liciti et subiecti sunt patribus. Erat ergo illis tribus ordinibus
hic ordo superior qui obedientiã exhibebat et utebatur torque au
rea et maiorẽ gloriam pre ceteris possidebat. Dixit autẽ senex ei
qui sibi hoc in extasi demonstrabat. quare hic ordo quartus ma
iorẽ ceteris gloriã habet. Ille autem respondit ei dicens. Quia i
sti alii omnes habent aliquã requiẽ adimplendo quiuis in bonis
operibus ꝓprias uolũtates. Hic ergo qui obedientiã exercet om
nes uolũtates suas relinquẽs totus pendit in patris uoluntatẽ
iubentis et ideo maiorẽ gloriã pre ceteris est sortitus. ¶ Quidã se
nex dixit. Quia si quis fratri suo iniunxerit causam cũ timore dei
et cũ humilitate. sermo ille qui ꝓpter deum egreditur compellit fra
trẽ obedire et facere quod iniunctũ est. Si autẽ iubere quis cupiens
non scdm dei timorẽ sed ex auctoritate ꝓpria fratri suo uoluerit
imperare. uidet deus absconsa cordis et non illũ permittit ut audiat
ne faciat quod illi preceptũ est. quia manifestũ est opus dei quod
fit ꝓpter deum et manifesta est hominis auctoritas. quecunque enim
a deo sunt a principio humilitatem habent. que autẽ ex auctorita
te et iracundia uel conturbatione ex inimico sunt.

Abbas Siluanus habebat discipulũ nominẽ Marcũ cuius obe
dientia erat magna. et ꝓpterea senior diligebat eum. Habe
bat autem et alios undecim discipulos qui contristabantur ob hoc
quod illũ plus diligeret. Quod postquam alii senes audierũt mesti uene
runt ad eum ut ei renũtiarent. quia fratres qui cũ illo erãt con
tristabantur. Sed antequam illi aliquid faterentur. ipse cum illis ad sin
guloꝝ cellas profectus. unũquemque nomine ꝓprio uocauit dicens
Egredere frater quoniam opus te habeo. Et nullus de illis uoluit egre
di. Venerunt autẽ post omnes ad cellam Marci. et cũ pulsassent
ostiũ uocauit. Abbas Siluanus nomẽ eius. Ille autem mox ut
audiuit uocem senis foras egressus est. Et ingressus. Abbas in
cellam Marci. quoniam scriptor erat circauit quaternionẽ quẽ scribe
bat et inuenit quod in qua hora uocatus est lrãm quam faciebat

mediam dereliquit

mediam dereliquit tantūmodo ut obedienciā adimpleret. noluit
autē poſt auditam uocē ſenis litterā quā ceperat pˀ̄pleɾe. Unde
illi alij ſenes dixerunt ei. In ueritate quē tu diligis et nos iā dili
gimus. quia et deus eum pro ſua obediencia diligit. ¶ Quidā
ſenex ſolitarius habebat quendā miniſtrantē ſibi manente in uico. Cū
autem ille tardaſſet per dies aliquot et ſeni neceſſaria defeciſſent et neqꝫ
quod oparetur haberet neqꝫ quo reficeretur. et ꝓpter hoc triſtaſſet. dicit
diſcipulo ſuo. Vade itaqꝫ in uicū. At ille reſpondit. Quid uis pater faciā.
Timebat autem frater accedere ad uicū ꝓpter ſcandalū. et tamē ut obe
diret patri ꝓmiſit ſe iturū. Dicit ei ſenex. Vade et confido in deū patrū
nr̄oꝝ. quia proteget te ab omni temptacōe. Et facta oratione tranſmi
ſit eum. Cum autē ueniſſet frater in uicū et requiſiſſet quo manēt ille
qui ſeni miniſtrabat. īuenta domo eius cū pulſaſſet oſtiū contigit ut
nemo ex illis īueniretur in domo preter unā filiam illius miniſtrātis.
Que cū aperuiſſet oſtiū. et frater eandem requirēt de patre eius cur
tot diebus tardaſſet. Illa hortabatur eū ingredi in domū ſimul et tra
hebat eum. Cū autē ille non adquieſceret. illa īualuit et traxit eū ad ſe.
Cū autem uidiſſet ille quia ad peccatū trahebatur. et arguebant eū co
gitaciones. ingemuit et clamauit dicens ad deū. Dn̄e ꝓpter orationem
eius qui me miſit. ſalua me in hac hora. Et cū hoc dixiſſet ſubito īuen
tus eſt ad flumen iuxta monaſteriū ſuū. et reuerſus eſt ad patrē ſine
macula. ¶ Duo fratres carnales uenerunt in quodā monaſterio ha
bitare. et unus ex ipſis erat religioſus ualde. alter habens obedienciam
grandem. Cū ergo Abbas p̄ciperet illi fac hoc et faceret. et iterū fac illō
et faceret. et in hoc glorificabatur in monaſterio q̄ talē obedienciā hr̄et.
Audit frater eius ille religioſus. et dixit intra ſemetipm̄. Temptabo huc
fratrē meum ſi habet certam obedienciā. Et ueniens ad Abbatē dicit
ei. Tranſmitte fratrē meū mecū q̄m neceſſarius ſum in quodā loco. Et
dimiſit eum Abbas. Cum ergo pariter ꝓficiſcerentur uolens temptare
eū. cū perueniſſent ad flumen in quo erat multitudo corcodrilloꝝ. di
cit ei. Deſcende in fluuiū et tranſi. Et deſcendit ille et uenerūt corco
drilli et ceperunt lingere corpus eius. et nō ei nocuerūt. Quod cum

audiſſet ille dicit ei. Aſcende de fluuio et eamus. Et dum irent inue
nerunt corpus mortuũ iacens in uia. Et dicit ille religioſus. Si habẽ
mus aliquid ex uestimentis mitteremus ſuper illud. Cui frater dixit
Oremus forte ſuſcitabit illũ deus. Et ſtantibus illis in oracione ſuſcita
tus eſt mortuus. et laudauit ſe religioſus dicens. ꝓpter religionẽ meã
ſurrexit hic mortuus. Manifeſtauit autẽ deus patri in monaſterio
coꝝ omnia et quẽadmodũ temptauit fratrẽ in corcodrillis et quõ
mortuus ſurrexiſſet. Et poſtq̃ uenerũt in monaſteriũ dixit Abbas
ad illũ religioſum. Quare hoc feciſti fratri tuo. Cognoſce quia ꝓpt
obedienciam eius ſurrexit mortuus ille ¶ Quidam ex ſenibus de
Scithi diſcipulũ ſuũ tranſmiſit in Egyptũ ut ei camelũ deduceret
quatinus ſportellas quas fecerat portaret in Egyptũ. Cũ autẽ dedu
ceret camelũ alter ſenex obuius ei ueniens dicit illi. Si ſciſſem fr̃
q̃n ibas in Egyptũ dixiſſem tibi ut et michi alterũ camelũ adduceres
Quod cũ ille frater ꝓprio Abbati dixiſſet. pre multa caritate dicit
ei ſenex. Vade fili et duc camelũ ad illũ dicens illi quia necdũ para
ti ſumus comple neceſſitatem tuam et uade tu cũ ipſo uſq; in Egyptũ
et iterum reduc nobis camelũ ut et nr̃a uaſa portemus. Cum ergo
hoc feciſſet frater et iſſet ad illũ aliũ ſenem dicit. Abbas Pammus
dixit quia nos necdũ parati ſumus tolle et comple neceſſitatẽ tuã
Carricauit autẽ ſenex camelũ et iuit in Egyptũ. Cũ autem diſcam
caſſet iterũ ille frater reducebat camelũ et dixit. Ora pro me pater
Cũq; ſenex requiſiſſet quo pgeret. respondit In Scithim uado ut ca
am nr̃as ſportellas huc afferam. Quod cũ audiſſet ſenex compunctus
cepit penitere lacrimans et dicens. Indulgere michi dulciſſimi q̃m
caritas ur̃a fructũ meũ abſtulit ¶ Alter ſenex cũ ꝑfeciſſet ſpor
tellas ſuas et miſiſſet etiã retinacula eaꝝ. audiuit uicinũ ſuũ di
centẽ. Quid faciã q̃m nundine ꝓpe ſunt et non habeo unde mittã
retinacula in ſportellis meis. Et mox ingreſſus diſſipauit ꝓpria
retinacula et attulit ad fratrẽ dicens. Ecce iſta ſupflua habeo tolle
mitte in ſportellis tuis. Et ita pre nimia caritate fecit ut fr̃is qui
dẽ opa cõplerentur ſua autem ĩpfecta reliquit.

Abbas Iohãnes gracia caritatis repletus omnẽ maliciã est
oblitus. Hic cum a quodam fratre mutuasset solidũ unum
et compasset linũ unde operaretur. uenit un⁹ frater petens eũ paruũ
lini ut faceret sibi sacctũ. At ille dedit ei cũ gaudio. Item alter uenit
petens eum linũ. et dedit illi. necnõ et aliis plurimis uenientib⁹ et petẽ
tibus dedit omnibus cũ gaudio. Post hoc ille qui mutuauerat soli
dũ uenit repetens eum. At ille dixit Ego uado et affero tibi. Et non
habens unde redderet surrexit et profectus ad Abbatẽ Iacob ut eum
peteret quatin⁹ redderet illi a quo mutuauerat. Et dum iret p uiã
inuenit solidũ iacentem et non illũ tetigit. sed facta orõne reuersus in
cellulã. Et cũ item frater ille repetẽt rationẽ suam. dicit ei. Undecũ
q3 modo defero illum. Et iterũ pfectus inuenit solidũ ubi ante positus
erat et facta oratione reũsus est. Ecce iterũ uenit frater ille moles
tans eũ pro solido. Tunc senex dicit ei. Modis omnibus modo uado
et affero illũ. Et dũ pficisceretur in eodem loco ubi prius inuenit so
lidũ iacentem. Et facta orõne tulit illũ et iuit ad Abbatẽ Iacob et
dicit ei. Abba ueniens ad te inueni hunc solidũ in uia. fac ergo ca
ritatem et pdica hic in ciuitatẽ ne quis pdiderit illũ. et si inuẽtus
fuerit dñs eius redde illi. Profectus est ergo senex et per tres dies p
dicauit et nemo inuentus est qui pdidisset solidũ illũ. Tunc ergo
dicit Iohãnes ad Abbatẽ Iacob. Si nemo illũ pdidit redde illũ fra
tri isti qm debeo illi. et ueniens a te mutuare aut certe tollere in
caritate et reddẽ illi debitũ meum. inueni illũ. Et miratus est senex
queadmodũ et debens et inueniens non statim tulit eũ et reddidit.
nisi et bis reuersus eẽt et tercio pdicasset. Hoc autẽ eius erat mi
rabile quia si quis uolebat ab illo aliquid mutuare non dabat
per manus suas sed dicebat fratri. Vade et quod opus habes tolle
tibi. Et cũ reportaret iterũ dicebat. Vade et repone in loco unde tu
leras. Si autem nichil detulisset nichil illi penitus loquebatur.
¶ Abbas Pemen dicebat. Voluntatẽ tuam nũq adimpleas sed
magis humilia temetipm ut facias uoluntatẽ proximi tui. Idẽ
Abbas Pemen quando uocabatur ut comederet extͣ uoluntatẽ suã.

ibat plorans ne nõ obediret fratri ſuo et contriſtaret eũ· Ita mac
tans ꝓpriam uoluntatem· humiliatus uoluntatem ſequebatur
alterius ¶ Quidam Anachorita ſedebat in ſpeleo iuxta cenobiũ
compulerũt eũ hora non conſueta comedere· Et poſt hoc dicunt
ei fratres· Contriſtatus es aliquid Abba· quia hodie extra conſue
tudinẽ feciſti· Quibus ille reſpondit· Tunc eſt michi tribulacio qñ
ꝓpriam fecero uoluntatem ¶ Abba Caſtrucius non guſtabat
uinũ aliquando· ſemel autẽ ambulans deuenit ſuper latrones· et
cũ in uia eos bibentes īuenisset cognitus eſt a principe latronum
qui ſciebat eum ꝙ uinũ non biberet· Sed uidens quia eēt ex labo
re itineris fatigatus· impleuit calicẽ grandẽ uino et gladiũ tenẽs
in manu ſua dixit ſeni· niſi biberis hunc calicẽ occidã te· Et cog
noſcens ſenex quia ex mandato dei uult facẽ· uolens eũ lucrari·
tulit et bibit· Princeps autẽ latronũ cepit ei dicere· Indulge mich
i Abba qñ tribulaui te· Cui ſenex ait· Confido in deo meo· quia
ꝓpter vnũ calicẽ faciet tecũ mĩam et in p̃nti ſeculo et in futuro
Dicit ei princeps latronũ· Et ego confido in deo quia ab hodie
nemini male faciã· Et ſic lucratus eſt ſenex omne collegiũ la
tronũ ¶ Erant duo fratres· et unꝰ ex ipſis ſenex erat qui ro
gabat iuniorẽ dicens· Rogo ut ꝑiter habitemus fr̃· Ille autem
reſpondit ei· Ego peccator ſum et non potes mecũ habitarẽ· Il
le uero rogabat eum dicens· Poſſumus· Erat autẽ ille ſenior
mũdus· et nolebat audire quia monachus haberet aliquando co
gitacionẽ prauã· Et dicit ei ille iunior· Permitte me quieſcẽ hac v
na ſeptimana et iterũ loquamur· Cum ergo poſt ſeptimanã ſe
nex uenisset ad illũ· ille uolens expiri eum dicit ei· In grandẽ temp
tacionẽ incidi ſeptimana hac Abba· ꝓfectus enĩ in uiciũ ꝓpt̃ ne
ceſſitatẽ peccaui· Et dicit ei ſenex· Et uis penitere· Cum autem
ille ꝓmiſiſſet· ait ſenex· Ego tecũ porto mediũ peccati illius· Tunc
ille frater dixit· modo poſſumus ambo ꝑiter manẽ· Et manſerũt
ſimul uſqꝫ ad tempus tranſitionis ſue ¶ Quidã ſenex dicebat
Quicqͥd horret homo alij oĩno ne faciat· Horres enĩ ſi quis de

trahit tibi. tu ne detrahas alteri. Honores si quis tibi calumpniam
fecerit uel aliquid tibi abstulerit. et tu siue hec siue alia his simili
a ne facias alicui. Qui enim hoc uerbum seruauerit potest illi sufficere
ad salutem. ¶ . Abbas Pemen et Abbas Nuph postquam in desertum ue
nerunt desiderabat mater eorum uidere eos et sepe ueniebat ad eo
rum cellam. nec tamen illuc poterat contemplari eos. Captato itaque tempo
re occurrit illis cum ad ecclesiam festinarent. Qua uisa reuersi sunt ue
lociter et ostium cellule clauserunt. Illa autem stans foris cum lacrimis
querebatur eos. Tunc Abba Nuph ingressus ad beatum Pemen ait
Quid faciemus de hac matre nostra que plangit ad ostium. Tunc ex
surgens Abba Pemen uenit ad ostium. quo non aperto audiens eam
iugiter lamentari dicit ei. Cur tantos clamores cum iam etate defes
sa sis et planctus effundis. Illa autem uoce filii cognita amplius ex
clamauit dicens. Quoniam uos uidere desidero filii. Quid enim est si uos
uidero. ne non sum ultra genitrix. nonne uos his meis lactaui uberi
bus. iam omnium membrorum contractione resoluta sum. et audita uo
ce tua omnia uiscera mea pre desiderio tuo conturbata sunt. Cui Pe
men ait. Hic nos magis an in futuro seculo uidere desideras. At
illa dixit. Quid ergo si uos hic non uidero numquid illuc pro certo
uisura sum. Sene autem respondente. quod si te hic cogere potueris
ne nos uideas. illuc procul dubio uidebis. Tunc illa cum gaudio dis
cessit dicens. Si pro certo illuc uisura sum uos. hic uos nolo filii iam
conspicere ¶ Iohannes minor thebeus discipulus Abbatis Am
monis per duodecim annos cuidam seni infirmanti fecit obsequium. Et
senex tamen cum uidisset eum laborantem numquam illi sermonem placidum
locutus est. Cum autem iam transiret de corpore. sedentibus aliis senibus
tenuit manum eius. et dicit ei tercio. Salueris. et tradidit eum senibus
dicens. Iste angelus est qui tot annis michi infirmanti nec tamen
bonum sermonem a me audiens fecit obsequium ¶ . Abbas Agaton
ueniens in ciuitatem ut opera sua uenderet inuenit quendam pegri
num iacentem in angiportu infirmum nullum habentem qui ei curam
adhiberet. Et permansit ibi senex et conduxit ibi cellam. et ex opere

manuū ſuarū preſtabat infirmo illi obſequiū. Pmanſit autē ibi
menſibus quatuor donec ſanaret infirmū. et ſic ad cellulā ſuā regreſ
ſus eſt. ¶ Quidā magnus ſenex infirmanti diſcipulo ſuo dixit.
Ne contriſteris ex infirmitate uel plaga corpis. Sūma eni religio ē
ut in infirmitate quis gracias deo agat. ſi ferrū es. eruginē per ig
nem amittis. ſi uero aurū es. per ignē probatus a magnis ad ma
iora pcedis. Ne anxieris ergo frater. Si eni deus te uult in corpe tor
quere. tu quis es qui moleſte feras. ſuſtine ergo et roga eum ut q̄
ipē uult illa concedat ¶ Quidā ſenex dum frequenter infirmare
tur et langueret. contigit ut uno anno nulla ei īualitudo continge
ret. et pptera flebat et grauiter ferebat dicens. Reliquiſti me dn̄e et
noluiſti me pn̄ti anno uiſitare ¶ Quidam ſenex dū moretur in
Scithi et circūdediſſent lectū eius fratres. et compoſuiſſent eū atq
plangerent. aperuit ille oculos ſuos et riſit. et iterū aperuit et
riſit. et tertio ſimiliter fecit. Cum autē rogarent eū fratres dicētes
dic nobis Abba cur nobis flentibus ipē rides. Reſpondit eis. pri
mo riſi quia omnes timetis mortem. et ſcdo riſi quia non eſtis pa
rati. tertio uero riſi quia de labore uado ad requiem ¶ Abbas ſar
mon in ipā hora quando tranſibat iam de corpe. dixit aliis uiris
ſanctis aſtantibus ibi. Ex quo ueni fratres in hunc locū heremi et
edificaui michi hanc cellulā. extra opa manuū mearū neſcio me
panē guſtaſſe. nec penitui ſuper ſermonē quē locutus ſum uſq ad
hanc horam. Et tamē ſic uado ad deum tanq̄ ſi nec incepim co
lere eum ¶ Abbas Agathon dum moretur. per tres dies oculos
apertos tenuit non eos mouens. Fratres autē tangentes eū dixe
runt ei. Ubi es nūc Abba. At ille dixit. In conſpectu iudicii dei
ſto. Et dicunt ei. Nūquid et tu times. Quibus ille reſpondit. Intēa
qntū fuit ad uirtutē meam. ſemper conſideraui ut mandata dei me
facerē. ſed homo ſum. et unde ſcio ſi opa mea deo placent. Cui
fratres dixerunt. Non confidis in opa tua. quia ſunt ſcdm deum.
At ille reſpondit. Non confido niſi in conſpectu dei. quia aliud eſt
iudiciū dei et aliud hominū ¶ Abbati Yſoio cū tempus dor

micionis aduenisset. et multi illic senes alii conuenissent. uiderūt
faciē eius fulgore quodā radiantē. Et dicit ipē eis. Ecce Abbas An
thonius uenit ad nos. Et parū post ait. ecce et chorus pphaꝝ. Et
iterū facies eius clariore luce aspersa est. et dixit. Beati quoq; Apli
assunt. uisus qz est cū quibusdā loqui. Cū ergo postularent ab eo
patres ut cū quibus loquēretur ediceret. ait. Angeli uenerūt animā
meā auferre et supplico illis ut paululū me pro penitencia agenda
sustineant. Dicunt autē ei patres. Tu iam non indiges agere peni
tenciā Abba. At ille respondit. In ueritate dico uobis quia adhuc
nec principiū mee penitencie reminiscor. Ex quo dicto senserunt
q eēt in timore dei pfectus. Tunc in splendore solis eius effigie relu
cente. dicit ad eos ipē. Videte uidete quia uenit dñs. In hoc sermo
ne reddito spiritu. omnis locus ille grato odore repletus est.

Abbas Arsenius. cum tempus eius ut migraret de hoc
seculo approximaret. dicebat ad discipulos suos. Nemo sup
me faciat caritatem nisi in sola oblacione. Ego autē si feci carita
tem inuenio illam. Turbatis autē discipulis eius quasi iam tpe
ppinquante. dicit eis. Necdū uenit hora mea. cum autē uenerit
non tacebo. sed tamen stabitis mecū in diuino iudicio ante tribu
nal xpi. si alicui de meo corpusculo aliquid uelut reliquias dederi
tis. Illis autem interrogantibus. et quid faciemus pater quia nesci
mus hominē sepelire. respondit ille. Nūquid nescitis funē in pedi
bus meis mittere et ita ad montē me trahere. Pili autē oculoꝝ
eius ex iugi fletu ceciderūt. Nam omni tempe uite sue sedens et
opans pannū in sinu suo habebat pter lacrimas defluentes ex
oculis eius. Dum ergo moreretur cepit flere. Et cū fratres illū requi
sissent dicentes. Quid fles pater. nūquid et tu times. ille respondit.
In ueritate timeo. et iste timor qui nūc mecū est. semper in me fuit
ex quo factus sum monachus. Cū autē audisset Abbas Poemen qui
a transisset. dixit. Beatus es Abba Arseni qui te tantū in hoc sclo
planxisti. Qui enī hic se non planxerit. illuc inppetuū lugebit. aut
hic ergo ex uoluntate aut illic pro tormentis īpossibile est hoīem

non plangeret ¶ Beatus Athanasius Epūs rogauit aliquando
Abbatē Pammo ut iret in Alexandriam. Qui descendens cū aliis
fratribus cū uidisset seculares dicit eis. Surgite et salutate mo
nachos ut benedicamini ab eis. frequēter enī isti cū deo loquūtur
et os illorū sanctū est. Et cū uidisset mulierē mimā in ciuitate
plorabat grauiter. Et requisierūt astantes cur plangeret. At se
nex respondens dixit. Due res me ad has lacrimas compulerūt
Una quidem pdicio illius mulieris. secunda uero quia ego tan
tam curā non habeo placendi deo quantā habet hec mulier
ut hoībus turpiter placeat ¶ De quodā sene dicebatur. quia
quotiens illi sua cogitacio dicebat. dimitte hodie et cras penite
bis. ipē iterū respondebat. Non ita sed hodie debemus penitere
et cras dei uoluntas fiat in nobis

Nō p̄ penitē bi 2 se.

Quidam ex pribus de aliquo referebat Epō. eo qđ audisset
duos ex plebe sua uiros crimine īpuritatis adulteros.
Rogauit ergo deū ut si ita eēt agnosceret. Cum ergo post obla
cionē consecratā unusquisqȝ ad cōmunionē accederet. per singulo
rū facies intelligebat et animas. pctōrū autē facies nigras inspi
ciebat ut carbones et oculos sanguīe plenos. Alios uero uidebat
clara facie et uestibus albis indutos. Cum autē corpus dnī susce
pissent in quorūdam uultibus lumē in quorūdā flāma uideba
tur. Ut autem cognosceret de illis quorū crimina audierat cōio
nē illis porrexit. et uidit unū ex eis clara facie et honorabili al
bisqȝ uestibus circūdatū. alterū nigrū et horribili uultu. Et
postqȝ diuini misterii graciā susceperūt. illū lux quedā illustra
bat. illū uero aliū quasi flāma succendebat. Orauit autē Epūs
de singulis que ei ostensa fuerant se edoceri. Astans angelus
autē dnī. dixit ad eum. Omnia que de ipsis audisti uera sunt
sed ille unus adhuc in sordibus suis pmanet et in uolūtate pctī
di. ideo illū nigra facie flāma succendi uidisti. ille autē alter si
milis illi quidem erat sicut audieras. sed ideo illū clara facie il
lustrari uidisti quia recordatus de his que prius fecit et reuū

cians illis opibus· cũ lacrimis et gemitibus dei miam̃ postula
bat pmittens ut si ꝑtita illi fuissent remissa pccã ulti⁹ ad eadem
non rediret· et ideo ꝑoribus criminibus deletis ad hanc gratiã quã
uidisti ꝑuenit· Cũ autẽ Eps̃ de grã dei miraretur· eo ꝙ non solũ
de tormentis tam turpis uite eripe hoiẽm statuerit· sed eciã tan
to honore decorauerit. Respondens angelus dixit· Bene miraris
homo enĩ es. Nam dñs deus nr̃ ac ur̃ naturaliter bonus est· et
homib⁹ cessantib⁹ a pccĩs indulget· petentibus enĩ semper confes
sionẽ non solũ tormenta dimittit· sed et honore efficit dignos. Sic
enĩ deus dilexit hoiem ut unigenitũ filiũ suũ pro peccatorib⁹ desti
naret et pro ipsis daret ad mortẽ· qui dũ inimici eius eẽnt mori p
ipsis elegit· quãtomagis illis cõpatitur quando illi ꝓprij fiũt· Hoc
ergo scias· quia nullũ peccatũ humanũ bonitatẽ dei uincit· si tã
tum per pniam unusquisqꝫ ea que prius ꝑfecerat aboleuerit ma
la. Misericors enĩ deus et infirmitatẽ humani generis scit et passi
onũ fortitudinẽ et diaboli uirtutẽ uel maliciã· Et cadentib⁹ quidẽ
hominibus in pccõ tamqꝫ filiis indulget sustinens emendacionem
penitentib⁹ uero tamqꝫ languidis compatit̃ et mox soluens pccã
eorum iustorum illis eciam premia tribuit· Audiens uero hec Eps̃
miratus est nimis et glorificabat deum

Abbas Paulus simplex habebat hanc graciã ut ingredie
tes in ecclĩam senes aspiceret et ex ipsa facie eorum uniuscuius
qꝫ cogitationes seu male eẽnt seu bone sentiret. Cum ergo uenis
sent ad ecclĩam et ingrederentur senes uidit eos clara facie et le
to animo ingredi· et angelos eorum cũ gaudio ꝑiter cũ ipsis. Unũ
autẽ uidit nigrũ et nebulosum habentẽ corpus. et demones hic
atqꝫ inde trahentes eũ ad se misso freno in narib⁹ et angelũ scm̃
eius delonge sequentẽ tristem. Beatus ergo Paulus cepit flere
amarissime et pectus suũ tundere sedens ante ecclĩaz ꝓpter eum
quẽ talem uiderat. Omnes autẽ alij senes uidentes eũ sic flentẽ
ceperũt rogare ut si quid in illis uidisset manifestaret· et ut cũ
eis ingrederetur in congregationem. Ille autẽ noluit ingredi· sed

ſemper flebat ꝓpter eum quē ſic uiderat. Poſt paululū autē cum
abſoluta congregacione diſcederent. iterū omniū uultus circūſpici
ebat ſi tales egrederentur quales ingreſſi ſunt. Et uidit illū quē an
tea uiderat nigrū et nebuloſū. egreſſū de eccl'ia facie et candido cor
pore et demones delonge ſequentes eum. ſanctū autē angelū eius
ꝓpe eum hilarē et gaudentē ſuper eū nimis. Tunc ſaulus exurgēs
cū gaudio uociferabatur benedicens deū et dicens. Quanta m̄ia
et bonitas dei eſt. q̄nta miſeracio eius eſt. Et aſcendens in locū al
ciorē magna uoce dicebat. Venite et uidete opa dei. venite et uide
te queādmodū uult omnes homīes ſaluos fieri et ad agnicionē ue
ritatis uenire. venite adoremꝰ eum dicentes quia tu ſolus potes pec
cata tollē. Cum autē omnes cōuenissent exposuit eis ſaulus que
uidiſſet anteq̄ ingrederentur in eccl'iaꝫ et quē poſtea. Et petebat il
lū fratrē quē ſic uiderat ut ei manifeſtaret cogitaciones ſuas. uel
queādmodū iſtam cōmutacionē deus illi donaſſet. Ille autē ante oēs
cepit referre dicens. Ego homo peccator ſum. et in multis tpibꝫ ſem
per fornicacionē geſſi. Ingreſſus autē nūc in eccl'iaꝫ dei. audiui uerba
Iſaie ꝓphē magis autem dei per illū loquentis. Mundi eſtote et tol
lite malicias de aīabus ur̄is ante conſpectū oculoꝝ meoꝝ. diſcite be
nefacere. querite iudiciū. et ſi fuerint pcc̄a ur̄a tanq̄ coccinū uelud
nix dealbabūtur. et ſi uolueritis et audieritis me bona terre comedetis.
Ego autē miſer et fornicator compunctus in hunc ſermonē ꝓphete et
ingreſſus intra pectus meū. dixi ad dn̄m. Dn̄e tu es qui ueniſti ſalua
re pccōres. Hec ergo que nūc per ꝓphām pmiſiſti. ope comple in me
indigno pccōre. ecce enī amodo ꝓfiteor tibi ex toto corde. confiteor q̄
ultꝰ hoc malū non faciā. ſed renūcio omni īiuſticie et amodo ſer
uio tibi in conſciencia mūda. Ab hoc die ergo dn̄e et ab hac hora ſuſ
cipe me penitentē et orantē te et renūciantē omībus pccīs. Iuraui
enī et ſtatui apud me ſeruare omēs iuſtificaciones tuas. Sub hac
ergo ſponſione egreſſus ſum de eccl'ia ſtatuens apud me nichil de
prioribꝫ pccīs ulterius facere. Tunc omīs ſenes exclamauerūt ad dn̄m
una uoce dicentes. Q̄ꝫ magnificata ſunt opa tua dn̄e. omnia in

sapiencia fecisti ¶ Abbas Cusesel dū cum aliis senibus ad Abbatem Semenē uenisset quidā ex parentibꝫ senis attulit infantē cui facies per corrupcionē fuerat depuata et sedens pater eius cū eo foris monasteriū plorabat. Cum autē quidaꝫ senex egressus fuisset foras et interrogasset pro qua re ploraret respondit. Parens sum istius Abbatis Semenis et ob hoc ueni ut huic infantē quē temptacio conterit uidisset. timui illū usqꝫ nūc huc afferre quia non uult uidē nos. et nunc si cognouerit quia hic sum adhuc expellit me hinc. ergo autem uidens uos patres qui modo ad eum uenistis p̄sumpsi uenire huc Quomō uis ergo Abba miserē mei et tolle infantē hunc et fer intus ut oret pro eo. Quem cū senex tulisset et ingressus fuisset in cellā sapienti consilio usus non illū obtulit primū Abbati Semeni sed a minoribus fratribus incipiens dicebat eis. Signate infantē facientes oꝛonē similiter et per singulos senes. post omnes detulit illū ad Abbatē Semenē et ille nolebat eum contingere. Cum autem rogarent eū ut sicut omnes ita et ille oraret. ingemuit et surgens orauit dicēs. Ds sana facturā tuam ne dnetur illi inimicus. Et signauit infantem et mox sanus patri est redditus ¶ Requisitus quidā ex p̄ribus si pfectū bonū eēt egressus. respondit. magna est res penuria. nam qui eam sustinet uoluntarie tribulacionē quidē habet carnis anime uō sue īueniet requiem ¶ Quidam frater requisiuit senē dicens. Si michi debet paucos nūmos frater iubes ut repetā eos. Cui senex ait. Semel tantūmodo illi dic cū humilitate. At ille dixit. Et si semel ei dixero et nichil michi dederit. quid faciā. Tunc senex ait. Vlteriꝰ nichil ei dicas. At ille dixit. Et quid faciā quia non possum uincere cogitacionē meam nisi fuero illi īportunꝰ. Cui senex. Dimitte cogitacionē tuam crepare. tantūm̄ frēm tuū ne contristes quia monachus es. ¶ Quidā frater requisiuit senē dicens. Quō potest homo humilitatē anime adipisci. Ille respondit. Si sua tantūmodo et nō alterius mala consideret. dicebat autē quia pfectio hominis humilitas est. Quātumcūqꝫ enī homo se deposuerit in humilitatē tantū pucheťur in honorē. Sicut enī superbia si ascendit in celū

Nō de humilitate

Baculus

uſq3 ad inferos deducitur. ita humilitas ſi deſcenderit uſq3 ad infernū
tunc exaltabitur uſq3 ad celos ¶ Abbas Macharius dū ambu
laret per deſertū hoīem quendā mortuū ꝓnū in terra īuenit iacē
tem. Et poſito baculo ſuo ſuper eum ait. In nomīe IHV xpi ſurge.
Et ſtatim qui iacebat mortuus ſurrexit et iactauit ſe ad pedes ſci
Macharij et cepit ꝓclamare queādmodū ducebatur ab angelis
Sathane ad locū tormētoꝝ. et ꝓpter peticionē eius fuiſſet ab ethio
pibus dimiſſus. Quē cum interogaret Macharius in quo loco fuiſ
ſet deſtinatus. Ille altū ingemiſcens ait. Quantū celū diſtat a terra
tantū ignis eſt altus in quo eram medio miſſus. His autē auditis
ſenex lacrimas effudit dicens. Ve homini illi qui mandata dei trāſ
greſſus fuerit ¶ Quidā frater requiſiuit ſenē dicens. Dic michi
pater cur tam grauiter impugnamur a demonibꝫ. Reſpondens
ſenex dicit. Quia arma nr̄a ꝓicimꝰ a nobis. ideſt. pacienciā hūili
tatē māſuetudinē atq3 obedienciam ¶ Quidā frater interogauit
Abbatē Siſoiū dicens. Putas Abba ſic modo ꝑſequitur nos diabo
lus ſicut antiquos patres? Ille reſpondit. Magis nūc ꝑſequit' nos
quia appropiquante penaꝝ tempe magis anguſtiatur. nec tamen
infirmos quoſq3 dignatur appetere quos ubi uoluit cito ſubuertit
ſed fortes uiros et magnos aggreditur ¶ Quidā fratres requi
ſierūt Abbatē Siluanū per quam uitā adeptus fuiſſet tantā pru
denciā. Reſpondit eis ille dicens. Nūq' dimiſi morari cogitacōnes
malas in corde meo que deum ꝓuocarent ad iram ¶ Beatus
Anthonius dicebat. Si poſſet fieri quantos paſſus ambulat mo
nachus uel quot calices aque bibit in cella ſua debet ſenioribus
declarare ut non deuietur in ipſis ¶ Abbas Pemen dixit. In nul
lo omnino ſic gaudet īimicus quomō in illo qui non uult cogita
ciones ſuas manifeſtare ¶ Quidā frater dixit ad ſenē. Ecce Ab
ba frequenter interogo ſeniores p̄res ut dicant michi cōmonicio
nē pro ſalute anime mee. et quicqd dixerint michi nichil ex ipſis
retineo. Erant autem ſeni duo uaſa uacua. et dixit ei ſenex. Vade
et affer unū ex illis uaſis et mitte aquā et laua illud et effunde

et pone illud nitidū in locū ſuū. Fecit ergo ita frater ſemel et bis.
Et dicit ei ſenex. Vtraq; uaſa ſimul affer. Et cū attuliſſet dicit ei ſe
nex. Quale eſt ex utriſq; mūdius. Reſpondit frater Vbi aquā mi
ſi et laui. Tunc ſenex dicit ei Sic eſt et anima fili. que frequēter
audit uerba dei. q̄uis nichil retineat ex his que interrogat tamē
plus mundatur q̄ ille qui ille qui non requirit ¶ Quidā ſenex
dixit. Quando bona opa exercet monachus. ueniens diabolus
locū in eo non īuenit et ſtatim diſcedit. Si autē malū opus exer
cet. ueniens frequenter ſpūs dei et uidens malū opus nō ad eū
accedit ſed recedit. Si tamen ex toto corde iterū requiſitus fuerit
cito reuertetur ¶ Quidam ſenex dixit. Vſq; tunc monachus la
borare debet. uſq; quo poſſideat xp̄m. Qui autē ſemel illū adept9
fuerit iam non laborabit. Permittit tamē dn̄s laborare electos ſuos
ut rememorentur tribulacionū labores unde ſemetipſos cuſtodiant
timentes ne tantos labores amittant. Nam et filios Iſrl̄ ideo d̄s
per deſertū quadraginta ānis circūduxit ut rememoratis tribula
cōibus non redirent retrorſum ¶ Quidam frater interrogauit
ſenem dicens. Dic michi p̄r. quare nūc laborantes in cōuerſacōi
bus monachi non accipiūt graciam ſicut antiqui. Cui ſenex
dixit. Tunc tanta caritas erat ut uniſquiſq; proximū ſuū ſur
ſum trahe͛t. nūc uero poſtq̄ caritas refrixit. et totus mūdus in
maligno poſitus eſt. ſinguli proximos ſuos ad inferiora deducūt
et ideo ſic graciā non ſortimur ¶ Quidā frater requiſiuit ſe
nē dicens. Putas Abba cognoſcunt ſancti uiri qn̄ uenit in eis
gracia. Reſpondit ſenex dicens. non ſemper cognoſcūt. Nā cuiuſ
dam diſcipulus magni ſenis cū peccaſſet in aliqua re iratus
ſenex dixit ei cū clamore. Vade et morē. Et ſtatim ille cecidit et
defunctus eſt. Cumq; ſenex uidiſſet eum mortuū timor ingens
irruit ſuper eum. et cū multa humilitate orauit rogans deū
et dicens. Dn̄e IHV xp̄e reſuſcita illum. et iam ulterius ſine con
ſideracōne talem ſermonē non loquar. Et cū hec dixiſſet ſtatī
ſurrexit diſcipulus eius. ¶ Abbas ſemen dixit. Homo qui ali

os docet et non facit ipſe que docet ſimilis eſt fonti alto qui om̄s
res lauat et omnes ſaciat potu ſe autē ipſm ablue᷑ non poteſt ſed
habet immūdicias et ſordes limonū. Idem dixit. Doce animā tuā
ſeruare que lingua tua alios docet

Quidaꝫ Anachorita cū ueniſſet ad Abbatē ſemenē ſuſcep
eum ſenex cū leticia. Et cū ſe alterutrū complexi fuiſſent ce
pit Anachorita de ſcripturis ſanctis et de rebus celeſtibꝫ conferre
Tunc ſenex uertit faciem ſuam ad aliū fratrē et nullū Anachori
te dedit reſponſum. Ille uero uidens qꝫ nullū loquē᷑tur cū eo egreſ
ſus eſt triſtis et dixit diſcipulo illius. Sine cauſa tantū itineris
aſſumpſi ut ueni᷑e ad eū qui mecū loqui dedignatur. Ingreſ
ſus autē diſcipulus ad Abbatē ſemenē dixit. Pꝫter te huc uenit
Abba iſte homo magnus tantā gloriā in locis ſuis habens et
tu non uis loqui cū ipſo. Reſpondens ſenex dixit illi. Ille de ſu
perioribus eſt et celeſtia loquitur. ego autē de inferioribꝫ ſum et
terrena uix loqui poſſum. Si michi locutus fuiſſet aliquid de
paſſionibus monachi. forſitā et ego reſpondiſſem illi. Si autē
de celeſtibus loquitur. ergo me neſcire confiteor. Egreſſus ergo diſcipu
lus dixit ad Anachoritā. Senex iſte nr̄ non uult de altioribꝫ queſ
tionibus loqui. ſed ſi quis ei de paſſionibus locutus fuerit reſpō
det illi. At ille compunctus in hoc ſermone ingreſſus ad ſenē dix
it. Quid faciam Abba quia paſſiones cordis mei dn̄antur michi.
Tunc ſenex reſpexit eum gaudens et dixit ei. Modo bene ueniſti
pater. Aperi ergo os meum et implebo illud bonis tuis. Et ex hoc
ſermone iuuatus Anachorita dixit ei. In ueritate bona eſt hec
uia quam tenes et uera. et agens ſenī gracias reuſus eſt in ꝓpri
am regionem

Quidaꝫ ſenex dixit. Si quis tecū aut de ſcrip
turis aut de quacūqꝫ cauſa locutus fuerit. ne contendas cum eo
ſed ſi bene dixit conſenti ei. ſi uero male dic illi. tu ſcies quomodo
loqueris. Hec enī obſeruans et in humilitate te ſemper agnoſcis
et requiē poſſidebis. Nam ſi ꝑſiſtas contendens et uis defendē ſer
monē tuū naſcitur inde ſcandalū. De quacūqꝫ ergo cauſa ſi non

obſeruaueris contencōnes nullo mō requiē poſſidebis. ¶ Quidam
frater interrogauit ſenem dicens. Vſq; quo eſt ſeruandū ſilenciū pr̄.
Reſpondit ſenex. Vſq; quo interrogeris. In omni enī loco ſi taciturn9
fueris requiem poſſidebis. ¶ Quidā ſenex dicebat. Sicut apis uadit
et mel operatur. ita et monachus quocūq; perget ſi ꝓpter opus dei
preterit dulcedinē bonoꝝ operū poteſt ſemper ꝑficere ¶ Abbas
Mathois uenit aliquando de loco qui uocatur Ragitham in ꝑtib9
Gebalonis. Erat autem cū eo etiam diſcipulus eius. Videns autē il
lū Eṗs loci illius tenens eum īuitū pbrm fecit. Et dum pariter cōmo
rarentur dicit ei Eṗs. Indulge michi Abba. ſcio enī q hanc cauſaz
nolebas. ſed ego a te benedici deſiderans hoc p̄ſumpſi. Cui ſenex r
dixit. In hoc nunc laboro quia diuidi ab eo qui mecū eſt non poſſum
et ſolus non ſufficio orōnes meas implere. Dicit ei Eṗs. Si ſcis eum
dignū ordinē ego illū. Reſpondit Abbas Mathois. Si quidē dig
nus ſit neſcio. vnū autē ſcio meliorē quidē eē q me. Ordinauit au
tē et illū. Vtriq; tamen ita ꝑtranſierūt uſq; ad finē ſuū ut ad altare
qntū ad oblationē ſacrandam nūq accederent. Vnde dicebat ſenex
Confido in deo meo q non habeo grande iudiciū ꝓpter ordinacōnē
hanc quia oblationē non michi preſumpſi offerre. Nam ordinacō
hec illoꝝ eſt qui ſine culpa ſunt. ego autē bene me cognoſco.
¶ Quidam frater beatū Machariū poſtulabat ut ei ſermonē diceret
per quem poſſet ſaluari. Cui ſenex ait. Oportet fugere homines
et ſedere in cella ſua et pro pctīs iugiter lamentari. et qd̄ ſup om
nes uirtutes eſt tam linguā cohercē q uentrē ¶ Abbas Arſe
nius dum adhuc ſecularis in palacio moraretur. orauit dicēs dn̄e
oſtende michi uiā per quā ſaluari poſſim. Et audiuit uocē dicen
tē ſibi. Arſeni fuge homines et ſaluaberis. Cum ergo receſſiſſet
in ſolitudinē et eundē ſermonē oraſſet. rurſus audiuit uocē dicē
tem ſibi. Arſeni fuge et tace et quieſce. hec enī ſunt principia ſa
lutis. ¶ Cū ad eundem Arſeniū Theophilus Epūs aliquando ueniſ
ſet aliquē ab eo audire ſermonē edificacōnis. tunc ſanctus Arſeni9
ait cunctis qui aderant. Quitqd uobis dixero cuſtodietis: quod

cū illi gratanter pmiſiſſent· addidit ille· Quotiēq; ergo audieritis Ar
ſeniū illuc ultius non accedatis. Item cū eum uellet Archiepūs uidere
miſit ad eum nūcium· At ille remandauit ei dicens· Si ſolus ueneris
apparco tibi· ſi autē cum plibus hic ultra non ſedebit Arſenius. Quod
cū audiſſet Epūs ceptū iter diſtulit· ne pter ſe de loco illo heremita diſcederet.
Quidam fratres dum ex Thebaida linū pferrent comparare dixerunt
ad inuicem· per iſtam occaſionem beatū uideamus Arſeniū· Cūq; ad ſpe
luncā eius puemiſſent· nūciauit ei diſcipulus ſuus Daniel· Cui ille ait
Vade fili et ſuſceptis eis obſequiū prebe· me autē pmitte celū aſpicere
et dimitte eos redire nam faciem meā non uidebunt. Cum quidā frater
ad eundem beatū Arſeniū aduenisset uolens eū uidere pulſauit oſtio
lū eius· At ille ſperans ſuū eē diſcipulū aperuit ei· ſed poſtq̃ alterū eē
conſpexit mox ſe in terrā pieciit in faciem· Illo autē ut ſurgeret poſtu
lante· reſpondit Arſenius dicens· Non hinc exurgam niſi diſceſſeis
Et per aliquot horas rogatus a fratre· non adquieuit ſurgē quo
uſq; diſcederet ille. Quocienſcūq; autē iſdem beatus Arſenius in ec
cleſiam cū aliis fribus conueniſſet· poſt columpnā ſedebat ne aut
ipſe alterius aut alter illius faciem inſpicē poſſet. Abbas Beſa
rion dum ambularet cū diſcipulo ſuo per heremū uenerūt ad quā
dam ſpeluncam· et ingreſſi ibi īuenerūt fratrē ſedentē et funiculū
opantem· qui neq; reſpexit eos neq; ſalutauit neq; aliquid locut9
eſt eis· Dicit ergo Abbas Beſarion ad diſcipulū ſuū· Eamus hinc
fili quia non uult ſenex iſte loqui nobiſcū· Pfecti ſunt ergo ad Ab
batē Johannē· Cū autē reuiterent̄ uenerūt ad eandē ſpeluncā· et ait
beatus Beſarion ad diſcipulū ſuū· Ingrediamur iterū ad hūc fra
trē· ne forte uel modo pſuadeat illi deus ut loquatur nobiſcū· Et cū
ingreſſi fuiſſent īuenerunt corpus tantūmodo mortuū· Et ingemiſ
cens Abbas Beſarion dixit diſcipulo ſuo· Veni frater cōponamus
illud· quia pter ipm deus huc nos tranſmiſit. Cū autē ſepelirent
eum īuenerunt quia mulier eēt· Et ām̄irati ſunt et dixerūt· Quād
modū et mulieres colluctantur et uincūt demones· Et collaudātes at
q; glificātes dm̄ qui ē oīm ptector· receſſerunt de loco illo·

Venerunt aliquando quidam duo iuuenes ad beatū Macha
riū. unus quidem ad plenū doctus. alter uero adhuc inſipi
ens. Et ꝓuoluti pedibus eius poſtulabant ut ſecū eos habitare per
mitteret. Quos cū uidiſſet quaſi corpe delicatos. eſtimauit eos heremū
ferre non poſſe dixitq; ad eos. Hic fratres mei non poteſtis manē. Et
illi dixerunt Si tecū pater non poſſumus habitare quid ergo facienus?
Quo audito ille cepit intra ſe reputare ita. Si illos hinc eiecero. ſcan
dalū patiūtur. Nunc dicam illis uenite conſtruite uobis cellam ſi poteſ
tis. Cūq; illi locū ſibi tantūmō demonſtrari rogarent. duxit eos et oſtē
dit eis petram qua inciſa ſibi habitaculū ꝑpararent et lignis altis
de palude contegerent. Arbitrabatur autē Macharius confeſtī illos pro
inuicto labore diſcedere. Illi uero interrogauerūt eum dicentes. Quid o
peris exercere nos iubes pater? Tunc ille ſublatis folijs funiculū illis
intexere oſtendit que pro uictu eos diſtrahē cōmonuit. et ita ab eis
diſceſſit. At illi cū ſūma paciencia quecūq; fuerant eis impata per
fecerunt. Videns uero eos ſenex in opibus bonis cotidie ſuccreſcere
et frequēter in eccl'ia cū ſilencio in orōne pſiſtere. deſiderabat ſcire
uera opa eoꝝ. Septimana ergo integra ieiunauit et rogauit dn̄m
ut ſibi opa ipoꝝ dignaretur oñdere. Et poſt hoc pfectus ad eos pul
ſauit oſtiū ſpelunce eoꝝ. Quo apto uiſo hoīe dei adorauerūt utriq;
in terram. et poſtq̄ facta ex more orōne conſediſſent. Ille maior īnu
it minori et egreſſus eſt foras. ipē autē ſedebat torquēs funiculū ni
chil loquens oīno. Hora uero nona pulſauit oſtiū frater iunior. et
ingreſſus eſt cū cibo quo reficerent. eodem nutu iuſſus menſulā
puulā cum tribus paximacijs appoſuit tacens q; ſtetit. Cūq; come
diſſent dixerūt ad beatū Machariū. diſcedis pater an non? At il
le illic ſe quieſcē uelle reſpondit. Tunc illi mattulā in uno angulo
ad opus ipi' collocarūt. ipi uero in altero angulo quieuerūt qua
ſi ad dormiendū ſe pretiſſent Iterū ergo Macharius rogauit dn̄m
ut ei opa ipoꝝ declararet. Et ecce ueluti diſſipato tecto lux clara
cellulā illam quaſi media die impleuit. quā tamē illi non ſenſerūt
Sed poſtq̄ arbitrati ſunt ſenem dormire. ſurgentes orōni ſeſe dede

runt extendentes manus ad celum. Quos quidē ille quid facerēt in
tuebatur. illi autē illū uidere non potuerunt. Intentius autē ſenex re
ſpiciens uidit tamq̄ muſcas demones uenientes in illi⁹ minoris ore
atq; oculis reſidere uolentes. ſed angelus dn̄i rumfea ignea armat⁹
tam illos circūdabat et defendebat q̄ demones repellebat et eiciebat
ad maiorē tamen accedere nullomō p̄ualebant. Pe uero iam luce p̄ie
cerunt ſe in eodem ſtratu ſuo. Tunc Macharius uelut euigilans ſurrex
it. ſimiliter et ipſi quaſi de longo ſompno excitati ſurrexerūt. Et acce
dens ſenior frater ad ſenē dixit. Vis pater uel duodecim pſalmos cana
mus. Cūq; pſallerent de ore iunioris fratris per ſingulos uerſus fax
ignis egreſſa aſcendebat ad celum. Itē et maior cum decantaret quoci
ens ad pſallendū labia deducebat uelut funiculus ignis de ore eius
ſimiliter tendebatur in celum. Poſtq̄ ergo expleuerunt matutinos.
egreſſus Macharius obſecrabat eos ut pro ſe orare dignarent. Illi uō
tacentes ad eius pedes ſunt p̄uoluti ſeipſos oracionib; illi⁹ cōmendan
tes. Et cognouit ſenex q̄m maior quidē eēt iam in timore dei p̄fect⁹
minorē uero adhuc demones impugnarēt. Poſt paucos uero dies
maior frater eſt receptus in pace. tercio die et minor eſt eū aſſecutus.
¶ Abbas Moyſes cōmouebat fratres dicens. Quatuor ſunt monacho
principalia obſeruanda. id eſt. tacendi. obſeruandi mandata dei. hu
miliandi ſemetipſm. et anguſtia paup̄tatis. Oportet ergo monachū
ut ſemper lugeat. ſemper ſuoꝝ memor ſit pc̄coꝝ. et ut omni hora
ponat mortē ante oculos ſuos ¶ Sancti patres aliquando con
gregati p̄phauerunt de ultima generacione. Ex quib; unus p̄cipu
us nomine Squirion dixit. Nos quidem adhuc mandata dei iple
mus. Interrogauerūt eum alij patres dicentes. Quid hij qui poſt nos
futuri ſunt. At ille reſpondens ait. Media forte cōplebūt precepta
dei. et eternū requirent deum. Dixerunt ei patres. poſt hos autē
qui uenient quid ſunt facturi. Reſpondens dixit. hoīes generacioīs
illius mandatoꝝ dei opa non habebunt et p̄cepta dei obliuiſcen
tur. ſup̄habundabit autem tunc iniquitas et refrigeſcet caritas.
Veniet uero ſuper eos magna temptacio et qui īuenti fuerint in

illa temptacione ꝓbati et nobis et prībus nr̄is meliores existent et
feliciores atq; ꝓbabiliores ¶ Quidam frater Abbatē requisiuit A
gathonē dicens. Volo pater manē in congregacione cū frībus. dic
michi quomō habitē cū ip̄is. Respondit ei senex dicens. Obserua hoc
pre omībus ut qualis primo die ingrediens apud ip̄os talis etiam
reliquos pagas dies cum humilitate.
Quodam tempe cū Masites superuenientes in Scithim multos
ex patribus interfecissent. Abba Pemen cū alio Abbate semo
re sibi nomīe Nuph et cū aliis quinq; patrib; fugiens uenit in locum
qui dicitur tenerítudinis. et īuenerunt ibi templū quoddā desertū
Manseruntq; in eo septem diebus pariter donec cognoscerent ubi mās̄u
ri eēnt in Egypto unusquisq;. Dicit ergo eis Abbas Nuph qui erat sen
or. Septimana hac unusquisq; requiescat apud se et cū altero nō loq̄tur
Cum autē sic facerent. erat in templo illo statua cuiusdā ydoli. Abbas
ergo Nuph exurgens mane lapidabat eam. et uespere ueniens dicebat
ad eam. peccaui indulge michi. et per totā septimanā similiter fecit
Die ergo sabbati cū pariter cōuenissent dicit ei Abbas Pemen. Quid
uoluisti hac tota facere septimana ut homo fidelis ydolo diceres. indul
ge michi. Dicit ei senex. Hoc ergo ꝓpter uos feci. dicite ergo michi. Nū
quid quando hoc ydolū lapidabam locutū est aut iratū. et iterū qn̄
indulgenciā petebam nūquid exaltauit se aut gloriatū est. Cui Ab
ba Pemen respondit. Non utiq;. Tunc senex dixit. fratres ecce nos sep
tem sumus. si uultis ergo ut pariter maneamus. sit ydolū istud nobis in
exemplū. ne quando iniuriatur aliquis irascatur. nec quando ei ue
nia petitur glorietur aut extollatur. Si autem ita non uultis. un9
quisq; ubi uult pergat. At ꝓicientes se in terram. spoponderunt
se ita facturos. Et sic ꝑmanserunt per multos annos cū multa hu
militate et abstinentia. Quatuor uero horis dormiebant in nocte
et quatuor psallebant. et quatuor opabantur. In die uero usq; ad
horam sextam opabantur. deinde uero usq; ad nonam legebant.
consuentes folia palmarū. et post hoc uictū sibi p̄parabant collectis
quibusdam herbis terre ¶ Fuerunt et alii similit̄ septē ꝓbatissi

mi uiri qui in ea heremo que sarracenis est contigua habitabant. cel
lulis quidem haud longe a se diuisis sed uinculo caritatis conexi Quo
rum vnus uocabatur petrus. alius Stephanus. tercius Johannes. quartus
Georgius. quintus Theodorus. sextus felix. septimus Laurus. Hii er
go in sterili ac uastissima solitudine et pene hominibus inhabitabili
commorantes semel sibi in septimana uidendos se prebebant. Sabbatorum
namque die hora diei nona conueniebant singuli de suis locis ad locum
sibi condictum deferentes unusquisque si quid inuenire poterat. Et unus
quidem deferebat nuces. alius lactorones. alius dactilos. alius ficus
alius herbas usibiles idest lapsanum. pastenacas et scarauitas et
patrischillum. Iste quippe erat preciosus eorum uictus. panem namque et ole
um uel potum extra usus habebant. tantum enim supradictis herbis
et pomis sustentabantur. Vestimentum eis palma solummodo prebebat
Aqua in locis illis minime inueniebatur. Neque enim aliter potabant
quam exeuntes mane ac discurrentes per diuisas herbas colligebant ros
qui affluentissime ibi cadit et inde tantummodo bibebant. Cumque ut dix
imus in unum conuenirent locum agentes deo gracias sumebant cibum
Post refectionem uero usque ad uesperum sedentes meditabantur de scrip
turis sanctis. Non enim discurrebat inter eos secularis fabula non cu
ra seculi non actio terrenarum rerum sed solummodo collacio spiritalis regni
celestis desiderabilis commemoracio futura beatitudo gloria iustorum
pena peccatorum. sanctorumque omnium quies qui iam inter beatos paradisi
sedes letantur. Hec commemorantes suspirabant ex intimo pectore
et flebant uberrime. Cumque per totam noctem uigiles permanerent cele
brantes domino laudes. die dominico hora nona loquendi secum et uidendi
se tantummodo capiebant. Redibat enim unusquisque ad cellulam suam
in qua solus soli deo diebus noctibusque uacabat. In his ergo stu
diis eos positos sarraceni late per heremum discurrentes repperierunt
et irruentes super eos de heremo eiecerunt ac ligantes eos pedi
bus suspenderunt. multisque iniuriis affectos ad extremum focum sub
tus eos de herbis amarissimis congesserunt. ubi incredibiliter cru
ciati lumina oculorum ex amaritudine fumi amiserunt. Et postquam

multis tormentis eos afflixerunt semiuiuos dimiserunt. Ex quib9
unū nouimus in quodā loco plīmo postea supuixisse tpe. Ceteri uō
ubi nam fuerint devoluti penitus ignoramus ¶ Interrogauit q̄
daz frater Abbatē senem dicens. Quid est quod dn̄s in Euangeli
o dicit. Maiorē caritatē nemo habet q̄ ut quis animā suam pro a
mico suo ponat. Quō fit hoc. Respondit ei senex. Si quis audit u̇
bū malū a proximo suo et cū possit ipē similia illi respondē. pugñt
tamen in corde suo portare laborē et uī sibi facit ne forte respondeat
illi malū et contristet illū. iste talis aīam suam ponit pro amico
suo ¶ Dixit quidam senex. Si non recordatur homo actus suos
in orōne in uanū laborat cum orat. Quando enī uolūtatē pecōm
di quis dimiserit et ambulat in dei timore istū mox cū gaudio r
suscipiet deus ¶ Quidam frater requisiuit senē dicens. Quid
faciet homo in omni temptacōe ueniente super eū et in oī cogitacōe
inmissa ab inimico. Respondit senex et dixit. Plangere debet in cō
spectu bonitatis dei ut succurrens auxilietur illi ¶ Quidā senex
dixit. Sicut ad succensam ollam musce non appropiquāt. si tepida
uero fuerit insidunt in ea et faciunt uermes. Ita et monachū suc
censū igne diuini spūs fugiunt demones. tepidū uero illudūt et
insequūtur ¶ Abbas Siluanus cum sederet in speleo factus in
extasi impendebat in faciē suam et post aliquot horas surgēs plā
gebat uehementer. Astans autē discipulus eius dixit ei. Quid ha
bes pater. At ille tacens plangebat. Cū autē compelleret eū dis
cipulus ut diceret ei quid plangeret. uiolenter compulsus ait. E
go ad iudiciū raptus sum fili et uidi multos de habitu nrō mo
nachili euntes in supplicia. et multos laicorū euntes in regnū dei
Et hec dicens senex lugebat grauiter ¶ Quidaz senex dixit cu Nō
idam fratri. Omni die uicinā tibi eē mortē cogita. quasi iam clau
sus in monumēto nichil de hoc seculo cures. Timor dei pmaneat
in te omni hora. crede te inferiorē et uiliorē eē omībus hoīb9. Non
detrahas alicui quia deus cognoscit omīa. sed esto pacificus cū omī
bus et dabit tibi dn̄s requiem semper ¶ Cum quidā fratres be

:· De orone :·

atū Macharium pquisissent quēadmodū oraret. Respondit illis dicens. Non sunt necessaria uiro supflua uerba. sed extendere tantū manus ac dicē. Deus quomō uis et sicut tibi placet ita fiat. Si autē pugna aut temptatio inruenerit. dicendū est. Deus auxiliare nobis. Ipē enī nouit que nobis expediant. ¶ Abbas Johannes dicebat. Similis debet ēē monachus homini sedenti sub arbore qui respiciens feras dūsas et serpentes uenientes ad se. cū non potuit eis resistere subit in arborē ut euadat. Ita et monachus sedens in cella sua et respiciens prauas cogitationes inimici uenientes sup se et non potuīt eis resistē. confugiat per orōnem ad dnm̄ et saluabitur. Idem dixit. Similis debet ēē monachus homini habenti ad sinistram suam ignē ad dexterā autē aquam. quociens enī succensus fuerit ignis tollit de aqua et extinguit illū. Sic oportet monachū facere omni hora ut qn̄cumq; turpis cogitacio succensa fuit ab īnimico tunc aquā oracionis effundat et extinguat illam. ¶ Abbas Zenon dum eēt in Scithia egressus est nocte de cella sua ut deambularet per heremū. Et factū est cū longius pcessisset errauit per tres dies et tres noctes ambulans et cecidit fatigatus usq; ad mortē. Et ecce astitit ante eum infans habens in manu panē. et dixit ei. Exurge et comede. At ille exurgens orauit. spabat enī fantasiam ēē. Cui infans dixit. Bene fecisti q̄ orasti. mō ergo surge et comede. Cui Abbas Zenon non adquieuit nisi et secūdo et tercio orasset. Et cū ille laudaret quia orasset. iam tunc surrexit et comedit. Post hec dixit ei infans. quantū plus ambulasti tantū longius es a cella tua. sed surge et sequere me. et mox īuentus est ante cellam suam. Dicit ergo ei senex. Ingredē in cellā meā et fac orōnem. Et ingressus est senex in cellā suā. ille autē nō apparuit. ¶ Abbas Daniel de beato referebat Arsenio. q̄ die sabbatoꝝ uespe solem relucentē post dorsū suū dimitteret in orōne persistens. extendensq; manus ad celū non desistebat orare nisi sequenti die sol iterū oculos eius surgens inplesset. Ceteras autē noctes puigiles ducebat. Et ipe diluculo cum uellet parū pro nature sua

gilitate quieſcere· dicebat ſompno· Veni ſerue male Et mox claudēs
oculos quieſcens ſubripiebat paruū ſompni ſedendo et ſtatim ex
urgebat· Hic ipſe beatus Arſenius totū tempus uite ſue ſedens ad
opus manuū pānum habebat in ſinu ꝓpter lacrimas que ob de
ſideriū uite eterne crebro currebant ex oculis eius

Quidam fratres cū ad Abbatē Luciū aduenissent· requiſi
uit eos ſenex dicens· Quid ſoletis manibus uris opari·
At illi dixerunt· Nos nichil manibus opamur· ſed ſcḋm qḋ dicit
Apls ſine ceſſatione oramus· Quibus ſenex dixit· Non mandu
catis· At illi profeſſi ſunt Etiam· Dixitqꝫ eis· Quando ergo come
ditis· quis orat pro uobis· At illi conticuerūt· Et iterū requiſiuit
eos dicens· Nūquid nō dormitis· Cum illi ſe dormire dixiſſent· dix
it eis Quando ergo dormitis quis orat pro uobis· Et nō inuene
runt quid reſponderent ei· Tunc dixit eis Indulgete ergo michi
qm̄ non facitis ſicut dicitis· Ego autem dico uobis queadmodū
manibus meis operans ſine ceſſatione oro· ſedeo enī de mane
uſqꝫ ad horam conſtitutam et pauca palmarū folia infundo et fa
cio exinde funiculos et interim oro dicens· Miſerē mei deus ſcḋm
magnā miām tuam· et ſcḋm multitudinē miſerationū tuarꝫ de
le iniquitatē meā· Cumqꝫ ꝑcompleuero opa manuū mearꝫ et fe
cero aliqua uaſa aut paucos funiculos et emero ex eis nūmos
decem· ex ipſis nūmis duos do paupibus et reliquos comedo· qm̄
ergo aut comedo aut dormio tunc illi pro pcc̄is meis ſine ceſſa
tione implent orōnem meam ¶ Abbas Macharius dū ſemel
de Scithia portaret ſportellas quas texerat· grandē habens uie
laborē defeſſus reſedit et dixit· Deus tu ſcis quia amplius non
ualeo ambulare· Et mox īuentus eſt ad fluuiū unde adhuc mlˀ
tis aberat īteruallis ¶ Abbas Ammon ueniens in deſertum
ad lacum uolens haurire aquam· uidit baſiliſcū· et iactans ſe in
faciē ſuam dixit· Dn̄e aut ego moriturus ſum aut iſta beſtia· Et
mox baſiliſcus per uirtutē dei diſſipatus eſt ¶ Abbatis Beſa
rionis diſcipulus nomīe Dulas· cū quadā die cū ipſo ꝑter ire

ta litus maris ambularet· contigit eū multū sitire· et dixit seni
Sitis me macerat pater· At beatus Besarion facta orōne iussit
eum aquā de mari tollere et bibē· Quod cū fecisset et dulcissimā
aquam repperisset· uasculū quod secū portabat impleuit· Quod cū
uidisset Abbas Besarion dixit ad eū· Quare implesti uas aqua
fili? At ille dixit Indulge michi pater timebā ne forte etiā in an
tea sitirem· Cui senex dixit· Indulgeat tibi dn̄s fili et scias quia
ubiq; deus est et potest dulcē aquam tibi prestare ¶ Quidam
frater uolens discedere in solitudinē a matre ppria prohibebat.
Ille uero dicebat matri sue· pmitte me mater· saluare enī uolo a
nimā meam· Cum autē non potuisset retinere eū mater· dimi
sit eum· Ille uero ueniens in solitudinē per negligenciā omnē
uitā suam cōsumebat· Contigit autē ut moreretur mater eius
et post tempus aliquod factus est ipē egrotus et raptus in
extasi ad iudiciū īuenit matrē suam cum his qui iudicabātur.
Illa uero cū uidisset eum obstupuit dicens· Quid est hoc fili?
et tu in hoc loco deductus es condempnandus? et ubi sunt illa
uerba que solebas dicere· qm̄ saluare uolo animā meam? Eru
bescens ergo ille in uerbis que audierat· stabat nichil habens
quod responderet· Et ecce uox subito facta est ut hic reuocaretur
tanq̄ altero iusso ex cenobio fratre transire· Reuersus ad se· oīa
que cognouerat queq; audierat astantib; referebat· Ad cōfir
macionē sane uerboꝝ suoꝝ rogauit ut aliquis ex astantib; iret
in monasteriū ut uideret si transisset frater eiusdē nominis de quo
audierat· Qui profectus īuenit ita· Ipē uero postq̄ sanus effcūs
est reclusit se et sedit cogitans de salute sua· penitens et lacri
mans super his que fecerat prius per negligenciā· tanta au
tē erat ei compunctio· ut cū multi eum rogarent paululū re
quiescē ne forsitan nociū aliquid pateretur per incessantē fletū
Ille nolebat dicēs· Si matris mee ipperia non portaui· quō p̄n
te xpō et angelis eius in die iudicii aut impperia aut tormen
ta portabo.

de pnia

Quidam frater sedebat in cella in

Egypto in magna humilitate precipuus. Habebat autē ſororē
in ciuitate meretricē que multis aĩabus pditio fuerat. Frequē
ter ergo monebant ſenes illū fratrē et uix potuerūt ei pſuadē
ut ueniret ad eam quatin⁹ per admonicionē ſuam poſſet pctm̄
quod per eam fiebat uincere. Dum autē ueniret ad locū. quidam
ex notis uidens eum p̄ceſſit eum et nūciauit mulieri dicens. Ecce
frater tuus uenit ad te de heremo. Illa autē hec audiens pre gau
dio relictis amatoribus ſuis quibus miniſtrabat capite diſcoopto
ad occurrendū fratri egreſſa eſt. Et cū uidiſſet eum et temptaret
illū complecti. dixit ei ille. Soror mea cariſſima parce iam anime
tue qm̄ ꝓpter te multi peunt. conſidera q̄nta habeas tormēta pre
para niſi cito penitere feſtinaueris. Illa autē contremiſcens. dixit
ad eum. Et ſcis frater quia eſt michi ſalus uel modo? Cui ille dix
it. Si uolueris eſt tibi ſalus adhuc. Illa autē iactans ſe ad pedes
fratris ſui petebat ut eam ſecū duceret in deſertū. Cui frater dixit
Vade cooperi capud tuū et ſequere me. Cui illa reſpondit. Eamus
uelociter. oportet enī me magis deformare et inter homīes nudo
capite ambulare. q̄ in officinā pcī mei iterū ingredi. Dū autē pi
ter ambularent monebat eam frater ad penitenciā. Videns autē
ille quia quidam fratres obuiarent ſibi dixit ad eam. Qm̄ necdum
omnes ſciunt q̄ ſoror mea ſis parū de uia ſecede donec iſti tranſe
ant. Quod cum feciſſet. poſtq̄ tranſierunt illi uocauit eam frater
ſuus dicens. Veni ſoror eamus uiam nrām. Illa autē non reſpon
dit ei. Requirens ergo ille diligenter īuenit eam mortuā et ueſtigi
a pedū eius plena ſanguīe. erat enī diſcalciata. Tunc ille flens et
eiulans nūciauit ſeniorib⁹ prībus omīa que facta fuerant. At illi
contendebant inter ſe de ſalute eius. Manifeſtauit autē deus uni
ſeni de ipā. eo qđ nulla illi cura fuit de re corpali ſed ut uulnus
ꝓpriū ſanaret neglexit omīa ſua et ſuſpirauit grauiter et fleuit
pro pctō ſuo ꝓpterea ſuſcepit deus penitenciā eius ¶ Quodā
uero tp̄e beatus Anthonius cū a ſancto Athanaſio Alexandrie
Ep̄o ꝓpter confutacionē hereticoꝝ in urbem eēt adduct⁹. prexit

ad eum Didimus uir eruditiſſimus captus oculis. Cumq; multa de
ſcripturis ſanctis loqueretur inter ceteras ſermocinacōes quas de
ſanctis uoluībus habebat cū Anthonius eius miraretur ingeni
ū et acumen animi collaudaret, ſciſcitatus ait ad eum. Nū triſtis
es q̄ oculis carneis careas? Et cū ille pre pudore reticeret. ſcd̄o ter
cioq; interrogans eum Anthonius. tandem elicuit ut merorē animi
ſimpliciter fateretur. Cui Anthonius ait. Miror prudentē uirū eius
rei dolere dampnū quā formice et muſce et pulices habent. et nō po
tius letari illius poſſeſſione quā ſoli ſancti et Apli meruerūt. Meli
us enī multo eſt ſpiritu uidere q̄ carne. et illos oculos poſſidere in q
bus feſtuca peccati non poſſit incidere. q̄ illos qui ſolo uiſu per con
piſcenciā poſſunt hoīem in interitū gehēne mitte. ¶ Quidā frat
ex Nitria parcior magis q̄ auarior et neſciens triginta argenteis do
minū IHM uenūdatū. centū ſolidos quos lina texendo collegerat mo
riens dereliquit. Initū eſt inter monachos conſiliū nā in eodē loco
circiter quinq; milia diuiſis cellulis habitabant quid de hoc fratre fa
cere deberent de pecunia. Alii paupib; diſtribuendos eē dicebant. alii dā
dos ecclie. nōnulli parentib; remittendos. Macharius uero et Pambo
et Iſidorus et ceteri ſeniores patres ſancto in eis loquēte ſpiritu dec
reuerūt infodiendos eē cum dnō ſuo dicentes pecunia tua tecū ſit in
pdicione. Ne hoc crudeliter quiſquā factū putet. tantus terror per to
tam Egyptū cunctos monachos īuaſit ut unū ſolidū dimiſiſſe gran
dis apud eos ſit criminis ¶ Erat quidam Grecus adoleſcens in E
gypto in cenobio qui nulla continēcia nulla opis magnitudine flā
maz poterat carnis extinguē. Cumq; ad patrē monaſterii hec eius temp
tacio plata fuiſſet. hac ille arte eum ſeruauit. Impauit cuidā uiro grā
ui et aſpero ut iurgiis ac conuiciis inſectaretur adoleſcentē et poſt ir
rogatā iniuriā pimus ueniret ad querimonias. Cumq; impata ſibi pficē
ret inſuper uocati teſtes pro eo loquebant' qui contumeliā adoleſcenti
fecerat. At ille cepit flere contra mendaciū. cotidie gemitus cotidie
lacrime fluebant. Sedebat ſolus quia amaritudine plenus erat. omni
q; auxilio deſtitutus ad IHV pedes iacebat. Quid multa? Ita totus

annus ductus est. Quo expleto interrogatus adolescens super cogitacionibus pristinis an adhuc molestie aliquid sustinet. Respondens dixit pater uiuere michi non licet quemadmodum fornicari libet. Ita per hanc artem spiritali patre procurante adolescens superata libidine saluatus est.

Incipit prologus libri tercii de uita sanctorum patrum Heremitarum

Frequenter ac sepius a me fratres flagitastis ut uobis gratia edificationis regressus de patribus transmarinis edisseram mee peregrinationis historiam uel qualiter in oriente fides christi floreat que sit principum pax que sanctorum que quies que instituta monachorum heremitarumque uita uel conuersatio. si uel in heremo uiuere christianis liceat quantisque signis ac uirtutibus in seruis suis christus operetur. quemadmodum etiam michi prospera fuerit nauigatio quid ue uel quo iter me terrenum perduxerit. Vestris ergo aditus orationibus faciam ut desiderare uos uideo et queso ut libentissime ad ea que narro aurem accomodetis Explicit prologus

Incipit liber tertius de uita sanctorum patrum

Sunt preterea quedam in ipso Heremitarum et Egyptiorum habitu non tantum ad curam corporis quantum ad morum formulam congruentia. Cucullis namque perparuis indesinenter diebus ac noctibus utuntur. scilicet ut innocentiam et simplicitatem paruulorum iugiter custodire etiam imitatione ipsius uelaminis commoneantur. Colobiis quoque lineis induuntur que uix ad cubitos usque pertingunt nudas reliquo circumferant manus. ut amputatos habere eos actus et opera mundi huius suggerat abscisio manicarum. Post hec angusto palliolo tam amictus humilitate quam uilitate precii colla pariter atque humeros tegunt que mafortis tam nostro quam ipsorum nuncupatur eloquio. Vltimum est habitus pellis caprine significat mortificata omni petulantia carnalium passionum debere eos in summa uirtutum consistere Calciamenta uero cum infirmitas corporis uel matutinus hiemis rigor seu meridiani estus feruor exegerit tantummodo caligis suos muniunt pecorum pellis caprina que melotis uel pera appellatur. Qui tamen habitus

des. Quibus tamen caligis quamquam licito utantur utpote domini mandato concessis nequaquam tamen pedibus eas inherere permittunt cum accedunt ad celebranda seu percipienda sacrosancta misteria. illud estimantes eciam secundum litteram custodire debere quod dicitur ad Moysen uel ad Jhesu Naue. solue corrigiam calciamenti tui. locus enim in quo stas terra sancta est. Itaque per uniuersam Egyptum et Thebaidam ubicumque habentur monasteria. legitimum oracionum modum in uespertinis conuentibus seu nocturnis uigiliis tenent. Non enim illic quisque congregacioni fratrum interesse permittitur. nisi prius uniuersis facultatibus suis reddatur extraneus. Et qui ingressus in congregacionem fuerit sic obedire cunctis cogitur ut redeundum sibi secundum sententiam domini ad infanciam pristinam nouerit. nichil sibi consideracione etatis uel annorum numerositate presumens. quam in seculo inaniter consumptam se reputat perdidisse. sed pro rudimentorum merito et tirocinii nouitate quam se gerere in Christi milicia recognoscit. subdere se eciam iunioribus compellitur. Igitur per uniuersam ut diximus Egyptum duodenarius psalmorum numerus tam in uespertinis quam in nocturnis sollempnitatibus custoditur ita duntaxat ut post ipsos psalmos due lectiones una ueteris alia noui testamenti subsequantur. Qui modus antiquitus constitutus idcirco per tot secula intemeratus perdurat quia non humana adinuentione statutus a senioribus affirmatur. sed celitus angeli magisterio patribus antiquis traditur fuisse delatus

Nam cum in primordiis fidei pauci quidem sed probatissimi uiri monachorum nomine censerentur. qui scilicet iam normam uiuendi a successoribus Apostolorum susceperant. secedentes in secreciora suburbiorum loca agebant uitam tanto abstinencie rigore districtam ut omnibus stupori esset tam ardua conuersacionis eorum professio. Hi ergo uenerabiles patres peruigili cura consulentes qui modus cotidiano cultui per uniuersum fraternitatis corpus decerni deberet. tractaturi omnes in unum locum conueniunt ut hereditatem pietatis ac pacis successoribus suis absolutam ab omni dissensionis lite transmitterent uerentes ne qua in cotidianis sollempnitatibus inter uiros eiusdem cul-

tur conſortes diſſonantia uel uarietas exorta quandoque in poſterum erroris noxium germen emitteret. Cumque pro ſuo unuſquiſque feruore diuerſo modo pſalmorum numerum inſtituerant et alii quinquagenos alii ſexagenos pſalmos. nonnulli uero ne hoc quidem numero contenti tranſcendere eum debere cenſerent. eſſetque inter eos pro religionis regula pia contencio ita ut tempus ueſpertine ſollempnitatis ſacratiſſime queſtioni ſuccederet. repente unus e medio eorum pſalmum domino cantaturus exurgit. Cumque admirantibus cunctis undecim per pſalmos oracionum interiectione diſtinctos contiguis uerſibus pari pronunciatione cantaſſet. duodecimum ſub alleluia reſponſione canonem conſummans ab uniuerſorum oculis repente ſubtractus queſtioni pariter et querimoniis finem impoſuit. Ex hinc ſancti qui aderant ſeniores intelligentes angeli magiſterio congregacionibus fratrum generalem canonem non ſine diſpenſacione domini conſtitutum decreuerunt hunc numerum tam in ueſpertinis quam in nocturnis uigiliis cuſtodiri. Has ergo predictas oraciones hoc modo incipiunt atque conſummant ut finito pſalmo quem gloria conſequitur non ſtatim ad inturuationem genuum currentur ſed antequam flectant genua pauliſper orant et ſtantes in ſupplicatione maiorem partem horarum expendunt. Itaque poſt hec puncto breuiſſimo procidentes ad terram uelut adorantes tantum diuinam clementiam cum ſumma rurſus uelocitate conſurgunt ac iterum erecti expanſis manibus eodem modo quo prius ſtantes orauerunt ſuis precibus intencius immorantur. Dicunt enim ipſi in terra diucius procumbentem monachum quaſi in oracione enixius laborantem non ſolum diuerſis cogitacionibus ſed etiam ſompno grauius impugnari. Et experimento didicimus quod plerique non tantum oracionis gratia quam refectionis obtentu in terram proſtrati diucius uidebantur oracionem protrahere.

Cum igitur predictas ſollempnitates quas illi ſinaxis uocant celebraturi conueniunt tantum prebetur a cunctis ſilencium ut cum in unum tam numeroſa fratrum multitudo conueniat nullius uox excepto canentis perſonet. In qua oracione non ſputum emittitur non excreacio obſtrepit non oſcitacio ſompnulenta trahitur. nulla quoque uox abſque ſacerdotis preces concludentis auditur. Cum autem ille qui oracionem

completurus eſt de terra ſurrexerit omnes ꝑiter erigunt᷑ ita ut nullus nec anteq̄ inclinetur illic genu flectere nec cū ex terra ſurrexerit remorari ꝑſumat. Ideo cū orōnes illi celeri fine concludūt ne forte īmorantib; eis diucius redundancia quedam ſputi ſeu flegmatis interrūpat orōnis exceſſus. Et idcirco dū adhuc feruet ueluti de faucibus īimici uelociter eſt rapienda. qui cū ſit nobis ſemper infeſtus tunc maxime fit infeſtior cū contra ſe offerre nos dn̄o preces uidet. Quobrem utilius cenſent breues quidem orōnes ſed crebras fieri. melius q̄ eē dicunt decē pſalmoꝝ uerba cū contricōe cordis et cū racionabili aſſignacōe cantari q̄ totidē pſalmos cū confuſione mentis effundi. Illud quoq; apud eos oīmodis cuſtoditur ut in reſponſiōe Alla in ſcripcione ꝑnotatur. Nullū etenī tempus ab opis excitacione uacuū tranſire concedunt. quia non ſolū ea que diei ſplendor admittit omni inſtigancia manib; exercē contendūt. ſed eciā illa operaciorū genera ſollicita mente ꝑquirūt que nec ipſi quidē noctis denſiſſime tenebre ualeant impedire. credentes ſe tanto ſublimiorē ſpiritaliū contemplacionū puritate mentis intuitū queſituros. quanto deuocius fuerint erga opis ſtudiū ac laboris intenti. Hoc quoq; noſſe debemus a ueſpera ſabati que luceſſit in die dn̄ico uſq; ad ueſperā ſequentem apud eos genua non curuari. ſed nec totis quidē quīquageſime diebus. Ita nāq; ab eis condecent᷑ operacio manuū priuatim per cellulas exercetur ut pſalmoꝝ quoq; uel ceteraꝝ ſcripturarū intelligenciā per totū diei ſpaciū iugiter meditantes in his officiis que nos ſtatuto tp̄e celebramus totū diei tempus aſſumant. Terciam uero horā et ſextā atq; nonā trinis pſalmis cotidie finiunt. His enī tribus tp̄ib; eciā Daniel ꝓphām cotidie feneſtris apertis in cenaculo preces dn̄o fudiſſe cognoſcimus. Nec inmerito. hec ſpecialius tp̄a religioſis ſunt officiis deputata. In his ſiquidem ꝓmiſſionū ꝑfectio et ſūma nr̄e ſalutis eſt adīpleta. Hora nāq; tercia repromiſſus olim per ꝓphās ſp̄us ſanctus ſuper Ap̄los deſcendit. linguarūq; oīm eis ſcienciā dedit. Hora autem ſexta. īmaculata hoſtia dn̄s nr̄ IHS xp̄c oblatus eſt patri. cruci

q̄ pro totius mūdi salute conscendens humani generis peccata de
leuit. Eadem quoq; hora Petro in excessu mentis. uocatio gentium
per submissionē uasis ad ipm̄ celitus delati et purificacio
per omniū genus animanciū in eodem consistenciū delata uoce di
uinitus reuelatur dicente ei Surge petre occide et manduca. Quod
uas quatuor initiis de celo summissum. non aliud q̄ Euangeliū desig
nare manifeste cognoscitur. Hora uero nona dn̄s inferna pene
trans. inextricabiles tartari tenebras coruscacione sui splendoris ex
tinxit. portasq; ereas eius confringens et seras ferreas conterens
captiuitatē scōꝝ qui clausi tenebantur secū transuexit ad celos. ig
neaq; rūphea submota. antiquū incolā paradiso constituit. Eadē q̄
hora Cornelius Centurio in precibus persistens. cōmemoracionē oracionū
et elemosinarū suaꝝ ante deū factam. angelo sibi loquēte cognoscit.
Quibus testimoniis liquido comprobatur non inmerito a sanctis et
apostolicis uiris has horas religiosis obsequiis consecratas. a nobis
quoq; obseruari similiter oportere. qui nisi uelut lege quadā soluē
hec pietatis officia saltē statutis temporibus cogamur. totū diei spaciū
obliuione aut desidia uel marum occupacione inuoluti absq; oracionis
interpellacione consumimus

Cum igitur quis renunciaturus seculi negociis in monas
terio se suscipi rogauerit. non ante admittitur q̄ diebus decem
uel eo amplius pro foribus monasterii excubans indiciū perseueran
cie sue pariterq; humilitatis ac paciencie demonstrauerit. Cumq; om
niū fratrū pretereunciū genibus prouolutus. et ab uniuersis refutatus
atq; despectus sit quasi qui non sit causa religionis sed neces
sitatis obtentu monasteriū expetat intrare. iniuriis quoq; multis
affectus. experimentū dederit constancie sue. et qualis futurus sit
in temptacionibus obprobrioꝝ tollerancia declarauerit. atq; ita
postmodū susceptus diligencia sūma perquiritur ne de facultatib;
suis inheserit ei uel uni9 nūmi contagio. Sciūt enī eum sub mo
nasterii disciplina diuturnū eē non posse. sed nec humilitatē aut o
bedienciā obtinē. si in consciencia eius quātulūcūq; pecunie latitauit.

Ob hoc itaque nudatur quisque cum receptus fuerit omni pristina facultate ut ne ipso quidem quo indutus est uestimento habere permittatur ulterius. sed in conuentu fratrum productus in medio exuatur monasterii uestimentis induendus ut per hoc se non solum uniuersis rebus suis antiquis nouerit spoliatum sed eciam mundiali fastu deposito ad xpi paupertatem et inopiam se descendisse cognoscat. Illa uero que posuit uestimenta tam diu reseruantur in monasterio donec profectus et conuersacionis eius ac tollerantie uirtutem euidenter cognoscant. Et si posse eum ibi perdurare perseuerent tunc indigentibus eadem uestimenta largiuntur. Sin uero in quacumque murmuratione uel qualibet inobedientiam deprehenderint exuentes eum monasterii quibus indutus fuerat uestimentis et reuestitum antiquis que seruata fuerant depellunt de congregacione. Cum igitur quis susceptus et hac perseuerantia qua diximus fuerit comprobatus ac depositis propriis indumentis habitu monasteriali fuerit attinctus non statim congregationi fratrum commisceri permittitur sed deputatur seniori qui seorsum non longe a uestibulo monasterii commanens habet curam peregrinorum atque aduenientium deputatam eisque omnem diligenciam susceptionis et humanitatis impendit. Cumque ibidem cum ipso integro anno deseruiens absque ulla querela suum circa peregrinos exhibuerit famulatum doctus per hec prima institucione humilitatis admiscetur post hec congregationi fratrum ac demum docetur penitus suas non facere uoluntates. Et ea illi sepius imperare student que senserint animo eius esse contraria. pronunciant enim nullatenus monachum preualere uel aduersus iram uel tristiciam uel spiritum fornicationis si prius non didicerit suas uoluntates mortificare per obedienciam. Sed nec humilitatem quidem cordis ueram nec cum fratribus concordiam firmam posse retinere nec in monasterio diucius permanere eum qui uoluntates suas non didicerit superare.

Post hec tanta obseruantia apud eos obedientie regula custoditur ut iuniores absque prepositi sui sciencia uel permisso nec ad ipsas quidem naturales necessitates progredi presu

mant. et sic uniuersa precepta que eis ab Abbate fuerint imperata
complere festinant tamquam si ex deo sint celitus. ut aliquando etiam impos-
sibilia sibi et imperata et fide et deuotione suscipiant. et tota uirtu-
te perficere et ea consummare nitantur. Itaque consedentes intra cubi-
lia sua et operi ac meditationi studium pariter impendentes. cum sig-
ni alicuius sonitum audierint ad orationem eos seu ad opus aliquod inui-
tantis. certatim de cubilibus suis unusquisque prorumpit ita ut ille qui
opus scriptoris exercet quam repertus fuerit inchoasse litteram finire non
audeat. sed in eodem puncto quo ad aures eius sonitus pulsantis sig-
ni aduenerit summa uelocitate prosiliens. nec tantum quidem mora eius
interpolet quantum cepti apicis consummat effigiem. Illam sane uir-
tutem inter ceteras institutiones eorum magnam esse cognoscimus quod nul-
li scilicet cistellam. nulli peculiarem sportam nec aliquid aliud quasi
proprium liceat possidere. sed nec uerbo quidem audeat quis dicere aliquid
suum. ¶ Agitur in septimana cuiusdam fratris qui officio coquine
deseruiebat. cum pretiens prepositus monasterii tria grana lenticule
iacere uidisset in terra que fratris festinantis ad coctionem preparare
inter manus cum aqua qua lauabantur elapsa fuerant confestim
super hoc Abbatem consuluit. Tunc frater ille ueluti euersor et neg-
lector sacri peculii iudicatus ab oratorio suspensus est. Cuius neg-
ligentie reatus non aliter ei remissus est nisi cum publica peniten-
tia diluisset ¶ Noui alios fratres in quorum septimana cum acci-
disset tanta lignorum indigentia ut non esset penitus unde soliti cibi
fratribus pararentur. et donec possent cesa deferri ut xerofagia conten-
ti essent Abbatis fuisset auctoritate preceptum. esset quod hoc uniuersis pla-
citum nec quisque posset ullum coctionis sperare pulmentum. illos uelud
qui fructu ac mercede sui laboris et obsequii fraudarentur si non
ordine uicis sue cibos fratribus secundum consuetudinem parauissent. tan-
tum sibi spontanei operis ac sollicitudinis indixisse. in illis aridis ac ste-
rilibus locis in quibus ligna nisi de fructiferis arboribus excidantur
omnimodis nequeunt inueniri. Nec enim in locis illis ulla reperiuntur frutec-
ta siluestria Igitur per extenta auia discurrentes fratres illi et here-

mu̅ que uersus mare mortuu̅ tenditur abeuntes festucas tenues ac spinulas quas uentus huc illucq; disperserat colligentes cuncta̅ sollempnitate̅ ciboru̅ spontaneis obsequijs pparauerint. Tanta namq; fide hec sua munera fratrib; contulerunt. ut etia̅ cum illos honeste posset uel lignoru̅ excusare penuria uel abbatis inpium pro suo fructu atq; mercede noluerunt hac abuti licencia.

NEcessariu̅ reor huic opi co̅memoratione̅ facere bti Joha̅nis qui co̅moratus est iuxta lico quod est oppidu̅ Thebaide. Q ppter obediencie uirtute̅ usq; ad pphecie graciam sublimatus sic p totu̅ mu̅dum claruit ut etiam Regibus mundi hui9 merito suo redderet illustris. Nam cu̅ in extremis ut diximus Thebaide ptib; co̅maneret non ante psumebat Theodosius Imperator ad potentium tyra̅noru̅ bella pcedere. q̅ illius animaretur responsis atq; oraculis. Quibus confidens uelud celitus sibi delatis trophea desperatis bellis atq; hostibus semper reportauit. Hic itaq; btus Johannes ab adolescencia sua usq; ad pfectam hanc uirile̅ etatem cuidam seni deseruiens q̅diu ille in hac uita uixit tanta ei hu̅ilitate inhesit. ut ipi quoq; seni stuporem summu̅ obediencia eius incuteret. Cuius hanc uirtute̅ utru̅ de uera fide ac pfunda cordis simplicitate descenderet. uolens senex manifestius explorare plura ei etiam supflua et impossibilia frequentius iniungebat ex quib; pauca narrabo. Sumpsit namq; de lignario suo uirgultu̅ senex quod olim excisum usibus fuerat foci pparatu̅. cum igitur hoc coram ipso fixisset in terra̅. pcepit ei ut aduecta aqua cotidie bis illd irrigaret. Quod pceptu̅ ueneratione solita sine ulla possibilitatis co̅sideratione adolescens suscipiens ita cotidianis diebus expleuit ut aqua̅ per duo milia indesinenter apportans nullatenus lignu̅ cessaret rigare atq; per totu̅ anni spaciu̅ non infirmitas corporis non occupacio necessitatis ullius intercidens ab obseruancia pcepti huius potuit eum impedire. Cumq; hanc eius sedulitate̅ tacitus senex latenter diebus singulis exploraret et uideret eu̅ simplici cordis affectu mandatu̅ sui uelud diuinitus impatu̅ seruare. nisi

rans tandem tam longi laboris eius perseuerantiam accedens ad ari
dum uirgultum dixit. O fili Iohannes misit ne radices hec arbor an non?
Cumque ille se nescire dixisset senex uelud temptans si iam suis radici
bus teneretur euulsit coram ipso uirgultum et longius illud proiciens
precepit discipulo ut deinceps rigare cessaret. ¶ Ista namque cum iam fama
obedientie eius per monasteria uniuersa flagraret. quidam fratres pro
bationis immo edificationis causa uenerunt ad senem. Tunc senex
uocauit discipulum suum dixitque ad eum. Curre Iohannes et saxum illud huc
aduolue quantocius. Qui confestim saxum inmane applicata nunc cer
uice nunc toto pectore tanto nisu atque conatu prouoluere contendebat
ut sudore membrorum suorum non solum totum infunderet uestimentum sed eti
am saxum ipsum suis ceruicibus humectaret. In hoc quoque paulum imi
tatus impossibilitatem precepti factitabat pro reuerentia senis et ob
sequii simplicitate sincera. quia credebat tota fide senem nichil posse
incassum ac sine ratione precipere. Huiusque Abbatis Iohannis pauca de
multis dixisse sufficiat. nunc Abbatis patris Mucii factum dignum me
morie comprehendam. ¶ Hic namque Abba pater Mucius abre
nuntiare desiderans huic mundo monasterium petiit tamdiuque pro foribus
monasterii excubans perdurauit. donec inmobili perseuerantia contra om
nem consuetudinem cenobiorum cum filio paruulo qui octo circiter esset annorum
ut susciperetur eliceret. Cumque tandem recepti fuissent confestim
ab inuicem separati sunt ne scilicet iugi uisione paruuli reminisceretur pater
quam abiecerat facultatem. et quemadmodum se iam non esse sciebat ita eti
am patrem se esse nesciret. Quod ut plenius probaretur utrum ipse plus fa
ceret affectione sanguinis an obedientie neglegebatur paruulus pan
nis potius quam uestimentis indutus. sed et colaphis atque alapis exposi
tus diuersorum quas plerumque sub oculis suis pater innocenti paruulo etiam
gratis cernebat inferri. ita ut numquam genas eius nisi lacrimarum sorden
tibus uestigiis uideret infectas. Cumque taliter infans sub oculis eius
per dies singulos ageretur. ille pro amore christi et obedientie uirtute ri
gido semper et inmobili uiscere perdurauit. Non enim reputabat iam filium
suum quem secum pariter obtulerat christo nec curabat de presentibus eius iniu

ris sed magis exultabat quia eas nequaquam infructuose cernebat tolle
rari. Quam districtione mentis illius atque inmobilem rigorem prouidens pa
ter monasterii ad comprobandam magis eius constanciam cum uidisset i
quadam die infantem plorare simulans se iratum precepit patri eius ut
tolleret eum et iactaret in flumen. Tunc ille uelut a deo hoc sibi esset
preceptum confestim celeri cursu rapiens filium suum ad ripam fluminis iac
taturus aduexit. Quod cum perfecto feruore fidei et obediencie eius fuis
set ope consummatum nisi procurati fuissent ab Abbate fratres qui solli
cite ripam fluminis obsiderent ad paruulum eruendum. proiectumque iam quo
dammodo fluminis alueo paruulum confestim rapuerunt. et consummatione
precepti patris deuocione completa ab effectu opis euocarunt. Cuius
fides atque obediencie et deuocio in tantum deo fuit accepta ut stati di
uino testimonio comprobata sit. Reuelatum namque est continuo senio
ri hac eum obedienciam Abrahe patriarche opus implesse. Cumque breui tem
pore transacto idem Abbas migraret de seculo. hunc patrem Mucium pro
obediencia cunctis fratribus proponens successorem sui atque Abbatem monas
terii dereliquid ¶ Nouimus quendam fratrem secundum seculi huius ordi
nem summe familie nam patre Comite ac ditissimo oriundus fuit. Qui
relictis parentibus cum ad monasterium peruolasset ad comprobandam eius
humilitatem stati ei a seniore preceptum est ut decem sportas grandes
quas non erat necesse tunc uendere ceruicibus suis impositas distra
hendas per plateas circumferret adiecta condicione quo diucius in hoc
officio ipse detineretur ut si forte eas unus pariter emere uoluisset non con
cederet sed singillatim eas querentibus uenundaret. Quod ille tota deuo
cione impleuit et omni deuocione uerecundia pro christi nomine calca
ta sportas humeris suis imponens et per plateas portans statuto
precio distraxit ac pecuniam ad monasterium reportauit

Uidimus et Abbatem Pinuphium qui cum presbiter esset inmanis mo
nasterii quod est in Egypto non longe a Panesi ciuitate ut pro
ipsa reuerencia uel uite sue uel etatis seu sacerdotii cunctis uenera
bilis existeret. uidens se pro hoc ipso humilitatem tenere non posse oc
culte fugiens de cenobio secessit solus in Thebaidis ultimas partes

Vbi depoſito indumento monachoꝝ et aſſumpta ſeculari ueſte mo
naſteriū Thebenenſiotaꝝ expetijt quod ſciebat cunctis monaſterijs
ēē diſtrictius et in quo ſe pro longitudine regionis credidit ignoran
dum. Vbi dum diutiſſime pro foribꝰ ꝑſeuerans cunctoꝝ fratrū ge
nibus ꝑuolutus ut ſuſcipetur ſūmis ꝑcibus ambiuit. Cūq; multo
deſpectu tandem fuiſſet admiſſus continuo ut ſeni nulliq; opi peni
tus apto horti cura diligencia q; mandatur. Quā ille operā ſub alio
fratre iuniore qui eum ſibi creditū retinebat exercens ſic eidē ſub
debatur ut non ſolū ea que ad orti diligenciā ꝑtinebant ſed etiā uni
uerſa officia que erant cunctis fratribꝰ aſpera uel indigna tota ſedu
litate cotidie compleret. Cū plura uero etiam nocte conſurgens ita
furtim nullo teſte opabatur ut penitus auctorē operis nemo dep̄
henderet. Cumq; ibidē triēnio deliteſcens per uniuerſam Egyptū
diſperſis ubiq; fratribus quereretur a quodā tandē uiſus fratre qui de
Egypti ꝑtibus aduenerat uix potuit pro hūilitate habitus ſui ac
uilitate officij quod gerebat agnoſci. Nam ſarculo deorſum incuruꝰ
ꝑparabat oleribus terram deinde ſtercus humeris ſuis apportans
eoꝝ radicibus ingerebat. Cūq; hec intuitus frater ſuper agnitione
eius diutiſſima heſitacione fuiſſet detentus ꝓpius tandē accedens
non ſolū uultū ſed etiam ſonū uocis eius diligenter explorans ad pe
des eius cominꝰ procidit. Tunc fratres ſtupere ceperūt et inquirē cur
hoc feciſſet ei qui apud ipōs uelut nuper de ſeculo egreſſus habeba
tur extremus. Cumq; eis frater ille rei ordinē et nomē ipſius Abbatis
indicaſſet maiori miraculo ſunt perculſi qm̄ et apud ipōs magna o
pinione fuerat conceptus. Tunc ignorantie ſue ueniam ab eo poſtu
labant q; eū tanto tpe inter iuniores ac paruulos deputaſſent. At
